Digitized by Google

8° 4 B. S.

Y. ~~156~~

~~213~~

212

Digitized by Google

Ent

Digitized by Google

Google

IO. HENR. A SEELEN,
SS. THEOL. LIC. ET GYMN.
LVBEC. RECT.

# SELECTA LITTERARIA,

QVIBVS VARIA
SACRA, CIVILIA,
PHILOLOGICA, PHILOSOPHICA,
AC ALIA,
CONTINENTVR;
LIBRI MSS., RARISSIMIQVE
ACCVRATE RECENSENTVR
ET
*PRAE RELIQVIS NOTABILIA
EX IISDEM SVPPEDITANTVR.*

---

EDITIO SECVNDA
NOVORVM SPECIMINVM PENTADE
MVLTISQVE ACCESSIONIBVS ALIIS
AVCTA.

---

*LVBECAE,*
SVMTV PETRI BOECKMANNI.

TYPIS IO. NICOL. GREENII.
A. MDCCXXVI.

Digitized by Google

Digitized by Google

# VIRO

*MAGNIFICO, SUMME REUERENDO ATQUE EXCELLENTISSIMO*

# IOAN. IOACHIM. WEIDENERO,

*SS. THEOL. DOCT. ET PROF. PUBL. O. CELEBERRIMO, OPTIMEQUE MERITO,*

ORDINIS THEOLOGICI IN ILLUSTRI ROSARUM ACADEMIA SENIORI GRAVISSIMO ET

*PASTORI MARIANO FIDELISSIMO, PATRONO SUO AC FAUTORI*

OPTIMO MAXIMEQUE VENERANDO

S. P. D.

IO. HENR. A SEELEN.

Digitized by Google

QVoties recordor ( recordor autem ſaepe gratisſimus ) celeberrimae Ciuitatis Roſtochienſis, & almae, quae eandem illuſtrat, Academiae, triumque hebdomadum ſumma cum voluptate, quam optimi Fautores, quibus me obſtrictisſimum profiteor, plane non merenti variis beneuolentiae generibus conciliarunt, varios licet inter labores, ante hos ſeptem circiter menſes ibi conſumtarum; toties ſubit etiam memoria Tuarum, VIR MAGNIFICE, aedium, quibus perbeneuole fui exceptus. Perbeneuole, inquam. Quicquid enim humanitatis, quicquid amoris excogitari modo poterat, eius in

iis-

iisdem me fuiſſe redditum participem, lubens agnoſco, huncque fauorem eo magis praedicandum eſſe arbitror, quo minus dignum me eodem cenſeo. Quod ſi enim meam tenuitatem cum Tua, VIR SVMME VENERABILIS, benignitate contulero, non inuenio, quod vtramque potuerit coniungere. Coniunxiſti tamen, & hac ratione longe lateque vagatam humanitatis Tuae laudem egregie amplificaſti, meque ſimul vehementer Tibi obſtrinxiſti, adeo, vt aere Tuo penitus exire difficillimum putem. Quid autem reddam pro hiſce luculentisſimis fauoris maximi documentis, quae mihi ſaepius ruborem ſuffundunt? En! animum meum Tibi ac Tuis deuinctisſimum, & nulla vnquam acceptae praeter meritum beneuolentiae obliuione capiendum!



Digitized by Google

Dum enim ſpiritus reget artus meos, memor ero non ſolum Roſtochii, quod opinione citius magna Fautorum, quos abſens etiam decentisſime veneror, omnique beatos proſperitate diſcupio, me ornauit copia: non ſolum Academiae, purioris doctrinae ſtudio, quo nullum melius, illuſtrius, laudabilius, celebratisſimae, cui ſanctiores honores refero in acceptis; ſed Tuae etiam, PATRONE HONORATISSIME, ſigillatim domus, in qua non peregrini, ſed domeſtici, imo filii inſtar fui habitus, & ita ero memor, vt licet in mea referendi gratias facultate, quod facillime largior, permulta: in voluntate tamen nihil vnquam posſit deſiderari. In magnis vero Tibi etiam, VIR MAGNE, voluiſſe ſat erit. Deus TE ſeruet, & ſumma accumulatum felicitate ſeruet!

Viue

Digitized by Google

Viue diu, imo diutiſſime! Viue Tuis! Viue coniunctiſſimae Coniugi, quam Matronam omnibus, quae ſexum ſequiorem ornant, ornamentis conſpicuam honoris cauſa nomino, & vt ad ſeram vsque aetatem ſoſpes ac incolumis TE ſoſpitem ac incolumem videat, ex animo opto! Viue amantiſſimo Filio, paternae virtutis haeredi, cuius honores propediem magno cum honore impetrandos & vtrique Parenti & Filio ſincere gratulor! Viue coetui ſanctiori, qui, vt noſtra ſunt tempora, vehementer afflictus, TE, ſumma illibatae doctrinae laude condecoratum, praeſidiis ſuis ac columinibus accenſet! Viue illuſtri Academiae, quae inter maxima ſua ornamenta TE, poſt fata (vtinam ſeriſſima!) etiam, connumerabit! Viue denique & mihi, qui TE Fautore candidiſſi-

mo laetor, Teque idcirco maximopere vt colam, cauſas habeo grauiſſimas! Monumentum huius debitae meae obſeruantiae eſto tenuis hic liber, quem vti Tibi, VIR SVMME REVERENDE, candida mente conſecro, ita Tuus, quem tot documentis cognitum habeo, candor minime infucatus me iubet credere, fore vt eundem beneuole accipias, & offerenti porro faueas. Vale. Scr. Lubec. d. XXVI. Mart. A. MDCCXXVI.

BENE-

# BENEVOLE LECTOR!

EXhibeo Tibi nouam meorum Selectorum Litterariorum, occaſione actuum publicorum per aliquot annos euulgatorum, editionem, in qua non ſolum quinque noua dedi ſpecimina, ſed ea etiam, quae iterum prodeunt, copioſis additamentis, paſſim inſertis & adiectis, inſtruxi. Vnde haec editio ſecunda primae multis modis erit anteferenda. Ipſas quoque Programmatum concluſiones non omittendas, ſed retinendas eſſe duxi, vt conſeruaretur memoria publicorum, quos olim etiam iuuabit meminiſſe, laborum, quibus praeluſerunt. Hinc ne opus quidem eſſe arbitror, inſtitutum hoc magnorum virorum exemplis, facile dandis, tueri. Prudentibus, ſcio, haud diſplicebit: imprudentes non moror. Scribendi ratio, quae variis in locis offenditur, non ſemper mea eſt, ſed ſaepe aliorum: ſtudioſe autem retenta, quemadmodum in antiquioribus libris & documentis fuit reperta, vt omnia eo maiori fide ſeſe com-

)( 5 men-

Digitized by Google

*mendarent. Hanc augebit etiam αὐτοψία, qua adiutus ſcripſi fere ſemper, ſi pauca, in Supplementis praeſertim Maittairianis, ex- cipiantur, vbi ſumma nonnullorum (pleros- que enim euolui) librorum raritas eosdem inſpicere non permiſit. Ceterum iactantiae notam neminem mihi inurere poſſe confido, ſi dixero, complecti hunc librum haud pauca, quae in nullo alio adhuc reperiantur. Si tibi, CANDIDE ATQVE INTELLIGENS LECTOR, iſthaec, & reliqua, haud diſpli- cuerint, pergratum mihi erit, meque ad plu- ra, vitam & vires largiente Numine, tecum communicanda incitabit. Vtere interea his parergis litterariis, nec iniucundis, nec forſan etiam inutilibus, & optime vale!*

PRAE-

Digitized by Google

# PRAEFATIO
## EDITIONI PRIORI PRAEMISSA.

# De nimio fere noſtra aetate Studio Litterario.

QVam magna eſt ſtudii litterarii recte adhibiti praeſtantia, excellentia & vtilitas, tam verum eſt, quod multi noſtra aetate eo ita vtantur, vt vituperatione magis quam laude digni ideo non immerito cenſeantur. Etenim ſunt homines, qui ex hoc παρέργῳ praecipuum ἔργον faciunt, ſatis ſe ſapere exiſtimantes, quando ex vulgaribus & fide interdum vix ſatis dignis libris, non autem ex veris fontibus, aliquam nonnullorum auctorum notitiam ſibi compararunt. Cum his conſentire

neuti-

Digitized by Google

neutiquam poſſum, licet ſemper amaue
amemqve ſtudium hoc, quod Theolog
quod Iuriſconſultum, quod Medicum, q
Philoſophum, imo vnumquemque in eru
totum ordinem cooptatum, delectat, or
iuuat. Sane ſi eo, quem non pauci ho
amant, modo tractabitur porro hoc ſtudiu
cum Viro Celeberr. IO. BVRCH. MEN
KENIO, illuſtri Academiae Lipſienſis
totius orbis litterati ornamento, in Prae
Lexic. Eruditor., quod Germanica ling
editum eſt, & aliis, ſolidae eruditioni n
gnum inde damnum non poſſum n
praeſagire. Quare vellem modum hac
re adhiberi, ne erudita reſpublica tand
accipiat cives nominibus magis, quam ſcie
tiis onuſtos. Non deſunt quidem, qui hu
ſtudio ſatis ſe infenſos praebeant, dum illu
plane ſpernunt, inutile, noxium, nullu
eſſe clamitant. Sed hos non minus inep
re exiſtimo. Nam qui iſtud omnino neg
gunt, vix immunes eſſe poſſunt ab erro
bus grauiſſimis, quorum magnam copia
MAYERVS, MOLLERVS, LILIENTHA
LIVS, alii, collegerunt. Imo carent mult

vt

ilitatibus, et verum fontem interdum
norant, e quo optima quaeque poſſunt
auriri. Sic noui olim hominem (cuius
omini parco) *de feſtis diebus* Diſſertationem
nſcribillare volentem, cui HOSPINIANI
iſtoria Feſtorum erat plane ignota. Bonum
go fuit conſilium, qvod poſtea de hoc
bore deſerendo cepit. Eius modi homines
periuntur non ſine inſigni damno, quod
ntemtum ſui hoc ſtudium egregie vlciſca-
r. Interim non ſufficit, noſſe bonos au-
ores, quamuis hoc a Cl. STRVVIO, &
is, recte dicatur magna pars eruditionis:
ficit vſus legitimus cum ſolida notitia
iunctus. Dixi quaedam hanc in ſen-
tiam in meo LVTHERO *de Scholis optime*
*ito* p. 31, quorum me nondum poenitet.
ſtrum quidem ſaeculum felicius eſt ſu-
ioribus, dum habet viros de multis, olim
lectis, argumentis, illuſtrantibus vel
rae, vel moralis, vel naturalis, vel hu-
manioris

Digitized by Google

manioris diſciplinae momenta, vel ob iu
ditatem acceptis, commentatos, quorun
duſtria neutiquam eſt debita laude pri
da. Commendauit ideo, & merito c
mendauit, V.C. IO. GEORG. WALCH
in elegantisſimo *Progr. de Germania H*
*Liter. ſplendore noſtra in primis aetate inl*
*nata*, Germanos, & in his ex ipſis T
logis, praeter ſumme reuerend. GOETZI
noſtrum, cui inter maximos Hiſtoriae l
rariae ſtatores locum omni iure aſſign
IO. FR. BVDDEVM, ERN. SALC
CYPRIANVM, IO. ALB. FABRICIV
THOM. ITTIGIVM, VALENT. ERNE
LOESCHERVM, GODOFR. OLEARIV
HENR. PIPPINGIVM, IO. AN
SCHMIDIVM, IO. CHRISTO
WOLFIVM, et plures, quorum illu
exempla vtilitatem & necesſitatem ha
litterarum contra obtrectatores ſatis ſu
que vindicant. Nihilominus tamen, ſi

po

poſſet, reprimendi eſſent quorundam conatus, qui, dum praeter neceſsitatem libros in hoc ſtudii genere cumulant, multis, imprudentibus praeſertim, male conſulunt. Fidem verbis meis facient *Ephemerides Litterariae*, quarum legitime adhibitarum maximum vſum eſſe agnoſco, neque iis calculum do, qui cum VLRICO HVBERO, IOAN. ZIMMERMANNO, et aliis, illas plane contemnunt, imo vero quasdam Vindiciis contra hoſtes minime indignas iudico. Nihilominus diffiteri non poſſum, quod nimia ſit Ephemeridum copia, quodue ſine omni rei litterariae detrimento quibusdam (non enim omnes eandem laudem merentur) carere queamus. Etſi vero ex his breviter allatis appareat, quod nimia fere his litteris opera nauetur, audeo tamen affirmare, quod ſint in hoc ſtudio variae res, quae paullo accuratius, quam adhuc factum, diſquiri merentur. Atque hoc con-

ſilio

ſilio iam ante aliquot annos litteris co
gnare coepi ac promiſi quaedam SELECT
LITTERARIA, in quibus non ab aliis ſ
ſuperque dicta repetam, ſed illa, quae
vel plane non, vel non ea, quam merent
diligentia expoſuerunt, exhibebo, omnia
αὐτοψία ſcripturus. Verſabitur autem
bor meus tam in recenſendis libris rariſſim
quam tradendis rebus aliis, quae ad litte
riam ſcientiam pertinent. Primum Spe
men (quod plura, iam Flensburgi ho
ſubſecivis animi recreandi cauſa elabora
& Stadae nonnunquam, cum per otiu
liceret, continuata, ſi Deus vitam, vires
valetudinem conceſſerit, ſequentur) nu
ſiſto, et tuae, Lector intelligens, bene
volae ac prudenti cenſurae
ſubiicio.

Digitized by Google

# I.

## NICOLAI ANTONII BIBLIOTHECAE HISPANICAE, BIBLIOTHECARVM PRINCIPIS, PLENIOR NOTITIA.

PRincipi huic inter Bibliothecas omnes principem merito in *Selectis Litterariis* locum aſſigno, eo lubentius de hoc Theſauro, promiſſi in *Paralipom. de Praecocibus Eruditis* p. 75 facti non immemor, plene commentaturus, quo praeſtantior ille eſt, quoue rariores de eodem occurrunt tam praeclaro libro dignae relationes. Etenim ſi auctores Ephemeridum Gallicarum, Journal des Sçavans, 1697. pag. 420 ſqq, vbi Bibliothecae Veteris recenſio, (a qua tamen noſtra omnino differet),

ret), ac Morhoſium excipias, apud quem T. Polyh. L.I. c.18 pauca quaedam de Biblioth ea Noua leguntur, perpauci fere reperientu qui praeter illa, quae ex Morhoſio hauſerun ſolida, ſufficientia & fide digna de eadem a ferant, certisſimo indicio, Bibliothecam ha inter rariores libros rarisſimam (quod, pra ter alios, fatentur clarisſimi Auctores d Ausführl. Ber. von Neuen Büch. P. VII. 720. P. IX. p. 896. perſonatus Parrheſiand in Singularib. p. 504) ab ipſis non fuiſſe i ſpectam & peruolutatam.

Auctor eius, NICOLAVS ANTONIV ordinis S. Jacobi Eques, in lucem editus e Hiſpali an. 1617, inque patria litteris hum nioribus pariter ac Philoſophia, opera patru Dominicanorum, (e quibus ipſe Biblioth. No T. II. p. 118 praedicat FRANCISCVM XIMI NEZ, a quo *caeco viro ſingularis ingenii, mem riae & eruditionis*, Grammaticam didicerit) in butus. His autem ingenii felicisſimi o aliquot annorum ſpatio perceptis, patria cum Salmanticenſi Academia permutauit, ad iuris legumque doctrinam animum adi cit, nactus fidelem magiſtrum, FRANCI CVM RAMOSIVM del MANZANO, pri cipem Caeſarei iuris, quod etiam ſcriptis illi ſtrauit, doctorem, poſtea Philippi IV Conſ liarium, & tandem Caroli II ſtudiorum pra fectun

fectum. Hic vti clarorum diſcipulorum gloria, aeque ac ciuis eius HIERONYMVS de PRADO (a), inclaruit, ita non habuit in eorum numero, ex quo maior, quam ex Antonio noſtro, laus ad ipſum redundauerit. Fatetur hoc Auctor Monitor. ad Lector. Biblioth. Vet. Hiſp. praemiſſor. p. 37, vbi *Nicolaus*, inquit, *inter innumeros fere auditores eiusdem Gymnaſiarchae praecelluit vsque adeo, vt adhuc florente iuuentute in lucem emiſerit Antverpianis typis egregium illud opus de Exilio, ſiue de Poena Exilii Exulumque conditione & iuribus*,



(a) Hunc ob diſcipulos, Jo. Pinedam, Lud. Alcazar & Jo. Bapt. Villalpandum famam eſſe nactum, docet Antonius Bibl. Nou. Hiſp. T. I. p. 453. Huc pertinet *Beda*, qui itidem ob celebres diſcipulos, Rabanum, Alcuinum, Claudium & Jo. Scotum, qui primi Lutetiae docuerunt, laudatur Imbonato Biblioth. Hebraeo-Lat. p. 326.; itemque *Alex. Hegius*, Scholae Dauentrienſi praefectus, cui famam conciliauit, quod Eraſm. Roterodamus, Herm. Buſchius &c. eius inſtitutione vſi ſunt. Vid. Memoria Buſchii ex Hamelmanno exhibita a Rollio T. I. Memor. p. 34. ſq. De *Val. Trocedorſio*, qui tot habuiſſe dicitur diſcipulos, vt iuſtus ex iis exercitus contra Turcas produci potuerit, leg. Godofr. Ludouici Hiſt. Gymnaſior. & Scholar. celebr. P. I. p. 107 ſqq. Ex *Lutheri*, *Melanchthonis*, communis Germaniae praeceptoris elogio idcirco inſigniti, *Cuiacii* ſcholis innumeros fere, quos inter magni nominis viri deprehenduntur, tanquam ex equo Troiano prodiiſſe, notiſſimum eſt.

*ribus, tribus libris contentum, quod vbiqu*
*corum diſtractum fuit, non absque laude auct*
Eximiis adeo ingenii dotibus inſtruc
ſplendido munere ornauit Philippus IV
qui eum anno 1659 Romam miſit, & Regiis
gotiis in Curia Romana peragendis prin
loco praefecit. Graue eiusmodi offic
executus eſt multo candore, vnde l. c. p
claro hoc teſtimonio ornatus: *Anno* 1659
*mam ablegatus fuit iuſſu Philippi IV Regis*
*tholici, vt negotia ad eandem Coronam ſpect*
*tia in Hiſpania, Sicilia & tribunalibus S. In*
*ſitionis curaret Romae, titulo Agentis Gener*
*Id autem accuratisſime obiuit per duodeuig*
*annos cum magna prudentiae, doctrinae & in*
*gritatis opinione.* Ibidem ab Alexandro
Pontifice, Canonici Eccleſiae Hiſpalenſis
gnitate auctus eſt, atque, perhibente Anon
mo l. c. p. 37 ſq, *Bibliothecam inſignem & f*
*taſſe nulli alteri Romanarum* (*excepta Vatica*
*inferiorem inſtruxit, vsque ad triginta circ*
*millia exemplarium, ſeu corporum.* Ex Ita
tandem reuocatus eſt in Hiſpaniam a Car
II, qui eum Conſiliariis Regiis adſcrip
Horum ſocietati interfuit vsque ad annu
1684, quo vita deceſſit, libris, non diuit
abundans, quippe multum aeris alieni co
traxit. Haec de vita Antonii praemiſiſſe ſuf
ciat. Aliqua horum ipſe confirmabit

Tor

Digitized by Google

Tom. II Bibl. Nou. Hiſp. p. 118 ſq, vbi de ſe & ſcriptis ſuis pauca quaedam exponit. Comp. quae ex Pet. Baylii Dictionar. Hiſtorico-Critico in Lexic. Hiſtor., cum Praefat. celeberr. Buddei euulgato, T. I. p. 165 repetuntur.

Ex ſcriptis eius operis *de Exilio* mentio iam eſt iniecta. Prodiiſſe illud Antuerp. 1659. fol. ipſe l. c. commemorat. In Lipenii Biblioth. Iurid. p. 179 editio Antu. 1641 adducitur, quae num re vera lucem aſpexerit, an vero error, operarum forſan, hic occurrat, non audeo ſine αὐτοψία definire. Affecta ſunt ſcripta de *Nominibus propriis Pandectarum* & *Trophaeum Hiſtorico-Eccleſiaſticum*, de quo vtroque iuuabit eum ipſum audire. *Memini*, ait in Praefat. Bibl. Hiſp. Vet. p. 26, *me dum adoleſcens domi poſt Salmantina vtriusque iuris ſtudia pro faciendo eorum fructu me continerem, cogitaſſe de Nominibus propriis Pandectarum tam ICtorum, quorum fragmentis hae conſtant, quam ceterorum vtriusque ſexus hominum in his laudatorum in ordines ſuos redigendis, vt praeſto eſſe poſſent inde proficere deſiderantibus, nec prius audiuiſſe de abſoluto hoc ab Antonio Auguſtino iam olim opere, quam fere tertiam Digeſtorum partem, inſcius rei atque inanis operae ſecurus, percurriſſem.* De altero autem T. II. Bibl. Nov. Hiſp. p. 119 *verſo*, inquit, *immenſae molis ac forſan inuidiae opus conſtanti animo ac moli-*

 *mine,*

*mine, viribus maiore, alteriusque otii aut proſionis, quod certas Hiſpanicae gentis laudes a buloſis emendicatisque diſtinguet, aſſeret, vind bit, ſcil. Trophaeum Hiſtorico- Eccleſiaſtici DEo & veritati erectum, ex manubiis Pſeudoſtoricorum, qui Fl. Lucii Dextri, M. Maximi, lecae Braulionis, Luitprandi & Iuliani non circumferuntur, h. e. Vindicias verae atque dum notae Hiſpanarum rerum hiſtoriae, ger narum noſtrae gentis laudum, non ex Germa Fuldenſibus Chronicis emendicatarum, in liber tem & puritatem plenam aſſertionem.*

Licet vero haec ingenii monimenta cem nunquam viderint, tamen nomen ſu mortalitati eripuit Antonius incomparal theſauro, *Bibliothecae Hiſpanicae*, quae in rariſsima hiſtoriae litterariae Κειμήλια ref tur, vnde hic de pleniori eiusdem noti erit diſpiciendum. Occaſionem ſuſcipien tantae molis opus dedit Bibliotheca inſt ctiſsima BENEDICTI DE LA SERN Abbatis Carmonenſis, in cuius villa ſub bana prope Hiſpalim, peſtilentis luis ca deſertam, cum degeret an. 1649 Antoniu primarum eiusdem linearum ducendaru initium fecit. Continuauit deinceps R mae inter grauiſsima negotia, & indefe tandem labore ad finem perduxit. Noua

aute

autem modo Bibliothecam luce donatam vidit: Veterem ineditam reliquit. De hac, licet editione ſit poſterior, prius agere placet, vt res litteraria Hiſpanica, habita quodammodo temporis ratione, adumbretur. Prodiit illa hac inſcriptione: *Bibliotheca Hiſpana Vetus, ſ. Hiſpanorum, qui usqvam vnquamue ſcripto aliquid conſignarunt, notitia. Complectens ſcriptores omnes, qui ab Octauiani Auguſti imperio usque ad annum M. floruerunt. Opus poſtumum. Nunc primum prodit iuſſu & expenſis eminentisſimi & reuerendisſimi Domini D. IOSEPHI SAENZ, Cardinalis de Aguirre. Romae.* 1696. *fol.* Obierat Antonius, vti iam obſeruauimus, inopia valde preſſus, vnde haeredes ſuis ſumtibus opus edere non potuerunt. Miſerunt ergo Romam ad SAENZIVM, patrem purpuratum, litterarum & litteratorum fautorem maximum, (nam eius quoque auſpiciis prodiit maxima *Collectio Conciliorum Hiſpaniae & noui orbis*) quem olim Antonius ſtudiorum ſocium habuerat. Hic pro eo, quo Antonium viuum complexus fuerat, affectu ſtatim de officina, in qua praeclarum opus excuderetur, erigenda cogitauit, idque paulo poſt prelo ſubiici iusſit. Editionis autem curam demandauit librorum ſuorum cuſtodi EMANVELI MARTI, Valentino-Hiſpa-

Hiſpano, viro Graecarum & Latinarum terarum peritisſimo, qui pertinaci admod ſtudio & labore libro huic edendo & c gendo inſudauit. Ab hoc quoque add ſunt *Notulae*, quae in margine nonnunqu apparent. Saenzius autem hoc opere au pari ſtuduit gratiam Innocentii XII, Po ficis, cui iſtud dedicauit. Praefixa eſt eid primo loco doctisſima ipſius ANTONII *Pr fatio ad Lectorem*, deſumta ex Bibliotheca N va, *de Hiſpanorum doctrina, Bibliothecarum litate & propoſito huius operis.* In hac non lum de Hiſpanorum in rem litterariam me tis diſſerit, ſed etiam totius rei litterari σκιαγραφίαν quandam ſiſtit, adeo vt qu dammodo in eandem introductionis vice posſit ſuſtinere. Enarrata autem in par graphis quibusdam prioribus laude, qua Hiſpani ex litterarum ſtudio obtinuerunt, censet §. 5 *viros celeberrimos, quos Hiſpania R mae dedit, IVL. HYGINVM* ſcilicet, *PO TIVM LATRONEM, COLVMELLAM POMP. MELAM* &c: §. 6. 7 *doctores Chriſti nos, OROSIVM, PRVDENTIVM, IVVEN CVM* &c: §. 8 *doctores Iudaicos gente Hiſpano MAIMONIDEM, ABRAHAMVM ABE EZRA*, Philoſophum, Medicum ac Biblic rum interpretem, *IACOBVM BADRESCH*

alterur

alterum inter Hebraeos Ciceronem, ABARBANELEM &c. §. 9 *eos, qui in Hiſpania Arabicas literas illuſtrauere* e. g. ABEN ROE, ſ. MAHVMED ABVLGAIL, Cordubenſem, Ariſtotelis perpetuum interpretem, quem ipſis Graecis Philoſophis Hiſpani opponunt, ABEN ZOAR &c: §. 10 *ſcriptores poſt interiecta magna Hiſpaniae bella ſec. XIII florentes*, ALPHONSVM, Regem, ARNOLD. VILLANOVANVM, RAYM. LVLLVM, FRANC. XIMENIVM, IO. A TVRRECREMATA, ALPHONSVM de MADRIGAL &c: §. 11 laudat *Academiam Complutenſem* a *XIMENIO* fundatam, & *Biblia Polyglotta* (b) eius auſpiciis ac ſumtibus edita. §. 12 commendat *Aca-*

 *demi-*

(b) De Bibliis Complutenſibus eodem anno, quo B. Lutherus ſacrorum emendandorum fecit initium, abſolutis & luci datis, praeter *Antonium*, copioſe commentantur *Aluar. Gomecius* de Reb. Geſt. Ximenii p. 42 ſqq. *Iacob. le Long* in Biblioth. Sacr. p. 13 ſqq. Cl. *Wolfius* in Hiſtor. Lexicor. Hebr. p. 83 ſqq. *Terentius* in Praefat. ad Iobum Στιχ. pag. ** 1 ſqq. Conf. *Pfeifferus* in Crit. S. p. 25 ſq. 221 ſq. *Kortholtus* de Variis Script. S. Editt. p. m. 272 ſq. Addi his poteſt *Gaſp. Bellerus* in Epiſtola, qua Caninii Commentarius de Locc. S. Script. Hebraicis, Antonii Nebriſſenſis Quinquagena, & Gaſp. Varrerii Diſputatio de Ophira, Louanii 1600. 8. iunctim edita, Balthaſari Sunigae, Regis Hiſpanici in Belgio oratori, ab ipſo dedicata.

Digitized by Google

*demiam Salmantinam* ob iacta in eadem ro
ſtioris, vt vocat, Theologiae ſemina, a FRA
CISCO de VICTORIA in hanc Ac
miam & Hiſpaniam inuecta, praeterea
recenſet *Theologos*, CANVM, BANNEZI
MOLINAM, SVAREZIVM, VASQVI
CASTRIVM, VEGAM &c. §. 13 *Mora*
*Theologos*, LEDESMAM, AZORIVM, M
TINVM NAVARRVM (c), CARAM
LI

(c) Hic eſt MARTINVS ab AZPILCVETA,
*Aſpilcueta*, gente Nauarrus & κατ' ἐξοχὴν
dictus, vir maximi nominis, adeo vt, *Erythraeo* t
velut olim Roſcius dicebatur, qui in re aliqua ex
leret, Martini aetate is *Nauarrus* fuerit appella
Vid. *Miraeus* in Fabric. Bibl. Eccl. f. 222 ſq. Conf.
*Mayerus* in Bibl. Script. Theol. Mor. p. 56 ſq, qui n
nulla obſeruauit ab ipſo Antonio non annotata, l
hic fuſe et accurate de ipſius laudibus et ſcriptis
rit Bibl. N. T. II. p. 74-79, adducto etiam p.
Epitaphio, quod ei, in aede S. Antonii ſepulto,
ſitum, his conceptum eſt verbis:

D. O. M.
MARTINVS AB ASPILCVETA
NAVARRVS H. S. E.
DIVINI HVMANIQ. IVRIS CONSVLTISS.
QVI SALMANTICAE PRIMVM
DEINDE CONIMBRICAE FAVENTIBVS
PORTVGALLIAE REGIBVS IVS
PONTIF. DOCVIT
ROMAM PROFECTVS PIO QVINTO
GREGOR. XIII. SIXTO V. PP. MM.
CARVS

OMN

LEM &c. §. 14 *Bibliorum interpretes*, PERERIVM, CERDAM, PINEDAM, SOTOMAIO-

OMNIBVS NATIONIBVS GRATVS
HVIC XENODOCHIO BENEFICVS
OBIIT XI. KAL. IVL. cIↃ. IↃ. XXCVI.
AETATIS ANNO XCIV. M. VI. D. VIII.
MVLTIS DOCTRINAE SVAE
PERVVLGATIS MONVMENTIS.
MARTINVS ZVRIA AVVNCVLO
BENE MERENTI
POS.

Inter hujus MARTINI ſcripta, magno numero edita, cum nullum ſit notius, celebrius, pluriumqve manibus teratur, quam *Manuale*, hic iuuabit legiſſe, quae Antonius pag. 77 ſq de eodem erudite annotavit:

*Manuale, ſive Enchiridion Confeſſariorum et Poenitentium*, in quem librum quidquid ſcivit, aut alibi ſcripſit, ſe conjeciſſe, Navarrus ipſe Iulio Roſcio Hortino, qui vitam ejus ſcripſit, affirmavit. Hoc opus primum vernacula Hiſpaniae lingua ſcriptum, et *Manual de confeſſores y penitentes* inſcriptum, prodiit Salmant. ex officina Andreae de Portonariis 1557. 4. itemque *Addiciones al Manual*, vna cum *De Vſuras y Simonia*, Pinciae an. 1569. Convertit poſtea ipſe author in ſermonem Latinum, quo quidem loquens excuſum ſaepius fuit; et inter alias editiones notae nobis ſunt Antverpienſis Plantini, Colonienſis Arnoldi Mylii 1600. 8. Poliuit aliquanto ſtylum, atque additionibus illuſtravit Simon Magnus Ramlotaeus, Leodienſis Eccleſiae S. Petri Canonicus, ediditque Pariſiis apud Rovillium 1587. 8. *Additionibus* quibuſdam auxit Franciſcus de Seſe, I.C. Venetiisque foras dedit 1573. 4. Wirtzburgi

MAIOREM, SALAZARIVM, PRADV
VILLALPANDVM, RIBERAM, MALI
NATVM, ARIAM MONTANVM, CA
SANCTIVM, FORERIVM, OLEASTRV
SALMERONEM, MALVENDAM, C
PRIANVM (d). §. 15 *dogmaticos & polemi*
MALDONATVM, TVRRIANVM, V
LE

„gii 1586. 8. Andreas item Victorellus, Presby
„Baſſanenſis, *Notas* et *Appendices* addidit, Cardi
„Burgheſio nuncupatas, Venetiis apud Marc
„Guarinum in 4. *Manualis compendium* reliq
„inter inedita Franciſcus Panigarola, Ord. Min
„Waddingo teſte. At quidem aliud fecit Pet
„Alagona, Societ. Ieſu, quod non ſemel Romae
„alibi emiſit Latinum: ſed poſtea ipſum fuit Ital
„converſum et publicatum, teſte Poſſevino.

(d) Hic eſt CYPRIANVS de la HVERGA, qui ſacraru litterarum in Academia Complutenſi interpres omn fere in ſtuporem dediſſe fertur. Extant eius *Co mentaria in Prophetam Naum.* Lugdun. 1561. 8: *Pſalmos.* Complut. 1555. *in Iobum et Cantica Can corum.* ibid. 1582. fol. *in Eſaiam, Ieremiam, Ioa nem, Matthaeum, Apocalypſin*, ac permulta inedit accurate ab Antonio Bibl. Nov. T. I. p. 199 recenſit Ibidem extat hoc Epitaphium, a Complutenſibus poſitum:

CYPRIANVS HISPANIAE MVSA
ET PHOENIX.

*Maximus ille brevi Cyprianus conditur urna,*
*Ille humili excelſus clauditur, Hoſpes, humo.*
*Iudicium, labor, ars, facunda peritia rerum,*
*Vna adiere virum, quocum obiere ſimul.*

Obiit anno MDLX.

Digitized by Google

LENTIAM, PEREZIVM, ANDRADIVM. §. 16 *Aſcetas*, LVDOVICVM GRANATENSEM, PET. de ALCANTARA, IO. EVSEB. NIEREMBERGIVM. §. 17 diſſerit de *cura Hiſpanorum in reducendis Ethnicis ad Eccleſiam*, vbi forſan nonnullis iactantiam ſapere videbuntur verba ANTONII: *Haec vera prorſus nota eſt electi ac dilecti prae aliis a DEo populi, quod in novum Orbem ſidei vexilla intulimus, & longe lateque fixa habemus, veteremque nondum adhuc ſatis cognitum, Sinas & vtramque Indiam & Africae plagas verum adorare DEum fecimus. Oblatrent quamvis caninae hoſtium linguae Hiſpano-Indicam hanc expeditionem, & Caſae noſtri oſtentatis libellis, huius elevare contendant meritum. Paucorum & iniquorum hominum, auro inhiantium, crudelitati tot religioſiſſimos opponimus Duces, tot viros Apoſtolicos, qui ſacroprofanum apud eas gentes auſpice DEo Imperium ſtatuerunt, & quotidie magis ac magis ſub iisdem legibus & diſciplina dilatare ſatagunt.* §. 18 commemorat *Philoſophos*, IO. LVD. VIVEM, PET. IO. NVNNESIVM, SEB. FOXIVM, IO. GENES. SEPVLVEDAM, FRANC. SVARIVM, PET. FONSECAM, FRANC. VALLESIVM; itemque *Medicos*, MERCATVM, LACVNAM, VEGAS duos, PET. MICH. de HEREDIA &c. §. 19 *Mathematicos*; & quidem

dem *Arithmeticos* , HIERON. MVNN
CIVM, IO. PEREZ. MOYAM: *Geomet*
DIDAC. PEREZ. MESAM , IAC. FALC
NEM , PETR. NONNIVM &c: *Muſic*
FRANC. SALINAM (e) : *Aſtronomos* & *G*
*graphos*, PET. NONNIVM , PET. ME
NAM , RODERIC. ZAMORANVM &
§. 20 *ICtos* , MART. AZPILCVETA
LVDOV. MOLINAM, ANTON. GOVE
NVM (f), IO. GVTERIVM &c. §. 21 a

(e) SALINAM, vix decennem oculorum vſu priuatu
eum *Didymo Alexandrino* comparat Thuanus H
L.XCIX, vbi eum ob exactam linguarum, matheſe
& praeſertim Muſices, cognitionem laudat. Ha
illuſtrauit *Libris VII de Muſica*, ex optimis auctorib
Graecis, *Ptolemaeo*, *Porphyrio*, *Ariſtide* &c. ac Latin
*Capella*, *Boëtio*, &c. collectis. Salmant. 1577. f
Conf. Andr. Schottus in Nott. ad Prouerbia Gra
p. 298. Colomeſius in Opuſc. p. m. 281 in Op
Teiſſerius in Elogg. Thuan. P. II. p. 168 ſq. et in p
inis Antonius Bibl. Hiſp. Nov. T. I. p. 361, qui m
gnifica huius libri, a coeco elaborati, dedit elogia

(f) Admirandum plane GOVEANI ingenium, qu
ipſum *Cuiacium* in ſtuporem dedit, praedicat An
nius T. I. B. N. H. p. 97, cuius iudicium dignum e
quod hic repetatur: *Profecto*, inquit, *actum eſſet opti*
*cum legalis ſcientiae ſtudioſis, ſi, quale ingenium in*
*lit, talem Goueanus iuri illuſtrando atque explanan*
*intuliſſet induſtriam. Quare princeps ille ICtoru*
*noſtrae aetatis, Cuiacius, adoleſcens ingenium ei*
*admirabatur, ſed indiligentia hominis, quod invi*
*ipſi*

rit, multos dari in Hiſpania *humaniorum litterarum ſtudioſos*. §. 22 enumerat *orientalium linguarum peritos*, *AR. MONTANVM*, *ALPHONSVM*, Complutenſem Medicum, *PAVLLVM CORONELVM*, *ALPHONS. ZAMORAM*, *THOM. MALVENDAM*, *BARTHOLOM. VALVERDIVM GANDIAM*, *BERNARD. ALDERETVM* (g), &c. §. 23 de

*ipſius Cuiacii legitur, notata, nihil deterritus eſt; deterritum iri ſe dicens a iure tractando, ſi homo Luſitanus tanto ingenio tamque ſubtili labores ciuilium ſtudiorum ſerio ſuſcipere ac ſubire voluiſſet.* Inter libros ipſius iuridicos eminent *Variarum Iuris Lectionum libri duo*, qui etiam prodierunt vna cum *Vaconii Vacuna*, *Antonii Contii*, *Iacobi Revardi*, *Rainaldi Corſi*, *Nicolai Belloni*, ſimilibus monumentis, Coloniae ap. Gymnicum. 1575. fol. Quantus etiam fuerit Criticus et Philologus, docent eius *Epigrammata et Epiſtolae*, vna cum fragmentis *Polybii de Rerum publicarum formis et Romanorum praeſtantia*, Lugdun. ap. Gryphium. 1539. 4: *Virgilius* et *Terentius* caſtigati, ibid. 1541: in *Ciceronis* quaedam Opera commentaria: *Porphyrii quinque vocum Introductio* eleganter, iudice Antonio p. 98, translata. Quantopere caeteroquin adhaeſerit *Ariſtoteli*, eius *Reſponſio adverſus Petri Rami calumnias pro Ariſtotele*, Pariſ. 1543 edita, teſtari poterit. Reliqua ad Goueanum pertinentia docent, praeter Antonium, Schottus Bibl. Hiſp. p. 300 ſq. 475 ſq. Miraeus ap. Fabric. Bibl. Eccl. f. 257. Teiſſerus l. c. P. I. p. 270 ſqq. Koenigius in Bibl. p. 356.

(g) Huius BERNARDI de ALDERETE illuſtre extat, rariſſimumque opus: *Origen de la Lengua Caſtellana*, Rom.

de *Graecae linguae ſtudio* apud Hiſpanos
ponit, quam, amore ductus erga hanc
guam, integram dabo: „Graecam in pa
„familiarem habuere linguam fratres
„VERGARAE, IOANNES & FRAN
„CVS, quorum primus, *Ximenii* iuſſu, r
„interpretatione *Ariſtotelis* Phyſicorum o
„de Anima tres, ac de Metaphyſica quat
„decim, qui etiam nunc manuſcripti a
„vantur, libros, atque etiam eos, quos vo
„*Sapientiales*, e Graeca ſeptuaginta ſenior
„verſione Latinos fecit, qui Bibliorum
„Complutenſem editionem ſunt miſſi: a
„autem Franciſcus de cunctis *Grammat*
„*Graecae* partibus docte ſcripſit, ARI
„BARBOSA, FERDINAND. PINCIANV
„IO. GENES. SEPVLVEDA, ANDR. L
„CVNA, PET. IO. NVNNESIVS, FRAN
„TVRRIANVS, DIDAC. GRATIANV
„GVNDISALVVS PEREZIVS, ACHI
„LES STATIVS, ANTON. COVARR
„BIAS, MENDOZAE duo, DIDAC. HV
„TADVS & FRANC. *de* BOBADILLA C
„dinalis, GVNDISALVVS PONCIVS LE
„NIVS, LAVRENT. BALDVS, FRAN

*SA*

Rom. 1606. 4, quod *doctum plane et laborioſum* v
cat Antonius Bibl. Nov. T. I. p. 172. Conf. q
annotata ſunt de hoc libro in noſtra Memor. Stad
pag. 324.

SANCIVS (h), PETR. *de* VALENTIA," PETR. FONSECA, IO. MARIANA, VIN-" CENT. MARINERIVS, & alii, non infre-" quentes, aut ſine magna laude in hac arena" ſunt verſati, atque eorum quidam Graece" doctiſſimis aliarum gentium compoſiti, A-" thenas Hiſpanas Athenis ipſis Atticis, ne-" dum aliis, haud invidere, palam facere po-" tuerunt." §. 24 recenſet *Grammaticos &* *Philologos Latinos*, ANTON. NEBRISSEN-SEM, IO. LVD. VIVEM, HIER. OSORIVM, EMAN. ALVARVM, SEPVLVEDAM, FRANC. SANCTIVM, IO. CHRISTOPH. CALVETVM, PET. IO. PERPINIANVM, IO. LVD. & MELCH. CERDAS: *Criticos, auctores veteres illuſtrantes*, FERD. NON. PINTIANVM, PETR. CIACCONIVM, ANT. AVGVSTINVM, DELRIO, MICH. THOMASIVM, IOSEPH. GONSALEZ *de* SALAS (i) &c: *Antiquarios*, PET. CIACCO-

(SEELENII *Select. Litter.*) B NIVM,

(h) Ita dictus etiam fuit SANCTIVS, cuius nomen ſcribitur SANCHEZ ab Hiſpanis.

(i) Hic eſt IOSEPHVS ANTONIVS GONZALEZ de SALAS, Matritenſis, purpuratus militiae Calatravae Eques, an. 1651. aet. 63 defunctus, qui libro ſuo, cui titulus: *De duplici Viventium Terra Diſputatio paradoxica, magni operis, Epitomes Geographico-Hiſtoricae*, ἀποσπασμάτιος. Lugd. Batav. 1550. 4, hypotheſibus Burnetianis praeluſit. De reliquis eius

Digitized by Google

NIVM, ANTON. AVGVSTINVM, AN
RESENDIVM, MARTINVM *de* ROA
&c: *Poëtas Latinos*, ARIAM MONTAN
ALVARVM vtrumque GOMEZIVM,
DOV. CRVCIVM (l), IO. VERZOSAM
§. 25 *Oratores*, LVDOV. GRANATENS
AMBROS. MORALEM, MICHAEL
CERVANTEM, STEPH. SALAZARI
§. 26 *Poëtas vulgari lingua ſcribentes*, AVSI
MARCVM, IO. *de* MENA, Dantem
gerium & Petrarcham imitatum, IO. BOS

NV

eius ſcriptis vid. Antonius Bibl. Nov. T. I. p.
Notat ille ſtylum in eo affectatum: novaturien
mul ingenium alii rectiſſime in eodem notarun

(k) Huius, patria Cordubenſis, *Singularium Loco ac Rerum Libri quinque*, Cordubae. 1600. 4. Lug 1604. 8, eminent inter reliquos ipſius libros Antonio Bibl. Nov. T. II. p. 89 ſq fuſe recenſ Perelegantes enim ſunt, & eximium quoque in in pretandis multis S. Scripturae locis vſum praeſt

(l) CRVCIVM, Olyſſipponenſem, ordinis Loiol fuiſſe ſocium, & Conimbricae artem oratoriam ticamque multos annos docuiſſe, ipſe tradit in dicat. *Interpretationis Poeticae Latinae in CL mos*. Ingolſtad. 1597. Colon. 1612. 12, & alibi, edi In eadem ipſe verum de hac Interpretatione iudicium, quando inquit: *Vt me venuſtiſſimum p ſtare non potui, tamen aſperitatem fugi, poetic loqui ſtudui temperate.* Antonius Bibl. Nov. T p. 25 refert, quod Conimbricae *multas adeptus quentiae extemporalis atque Apollineae facult palmas*, obierit 1604. d. 18 Iul.

Digitized by Google

NVM, GARSIAM LASVM, LVPVM a VEGA-CARPIO, LVDOVIC. GONGORAM (m), BARTHOL. LEONARD. ARGENSOLAM, Hiſpaniae Horatium dictum, FERDINANDVM HERRERAM, Comitem Villae-medianae, ingenio & affectibus plenum, quem praecipue in deliciis habuit Chriſtina, Sueciae Regina. §. 26 diſſerit de *Fabulis Romanenſibus*, quas, praetereundo HELIODORI *Theagenem*, *ACHILLIS STATII Clitophontem*, & *LONGI*, Sophiſtae, *Daphnidem*, Hiſpanas origine facit, iisque annumerat *ANTON. GVEVARRAE Horologium*



(m) *Huius ſublimitas*, inquit Antonius p. 23, *& maieſtas carminis, totius eruditionis imbuti floribus, diſtincti luminibus, exemplar operis ſui noſtro ſaeculo monſtratum, poſteris admirandum potius, quam imitandum, quemque, ſi genius accinxiſſet ad epicum fabricandum poema, hodie nec Helladi HOMERVM, nec Romae VIRGILIVM, nec Italiae TORQVATVM inuideremus.* Conf. Bibl. Nov. T. II. p. 29, vbi hic LVDOVICVS de GONGORA & ARGOTE audit *vir ingenio maximus, Poetaque ad ceterorum omnium inuidiam, qui nomen ſibi inter nos praecipuum diuinae artis merito pepererunt, generis ſui & profeſſionis princeps a pluribus reputatus*, deſcribiturque ita, vt omnibus, quae ad poetam requiruntur, ſubſidiis inſtructus fuiſſe videatur. Eius *Obras*, ſ. Opera Poëtica, Hiſpanica lingua primum Madriti, deinceps Bruxellis. 1659. 4. prodierunt.

gium Principum (n), ſ. fabuloſam *Antonini* ... *loſophi*, *Vitam*, pulchris ſententiis ... at omni

(n) Diſplicet hic liber GVEVARRAE, Franciſcano ſodalis, Caroli V, Imperatoris, Eccleſiaſtici & H rici (ſiue *Chroniſtae Caeſaris*, vt in Epitaphio, vivus ſibimet ipſe fecit, ap. Anton. p. 99, ſe vo atque Epiſcopi Mindonienſis, an. 1544 mortui, tonio, qui Biblioth. Nov. T. I. p. 99 male eiden *tae M. Aurelii Imp.* titulum praefigi opinatur, ſit *verius*, ſic approbat iudicium Ger. Io. Voſſii, *ſuppoſititia, ac genuinus Gueuarrae ipſius foetus, turpiter os obleuerit lectori, plane contra officium minis candidi, maxime Epiſcopi.* In eandem ſententiam, ſed non tam duris verbis, loquitu hoc libro Georg. Paſchius de Variis Mod. trad Moralia cap. 5. p. 465. Nihilominus contigit G varrae haec fictio adeo feliciter, vt is tantum Taciti inſtar ſit habitus, & Horologium eius vbi terrarum auide a plurimis arreptum, & in praeſt tiores linguas Europaeas translatum. Latine e *Joan. Wanckelius*: Italice autem *Mambrinus Roſ* verterunt, quorum editiones, vt & Hiſpanicas, tonius l. c. more ſuo, i. e., accurate annotauit. gratiam quoque Gallorum ab Anonymo Pariſ. 158 Gallice editum eſt. Hi enim eo non minus delec ti ſunt, quam *Epiſtolis* Gueuarrae, quas *Aureas* carunt. Vnde eos riſit Andr. Schottus Bibl. *Hi* p. 167, vbi *valde miror*, inquit, *Gallos Gueuar Epiſtolas Aureo titulo decoraſſe, manibusque ita nere ſolitos, vt pro oraculis circumferant, quae mendaciis, quot verſibus, ſcatere dicuntur.* Co quae de *Horologio* in I. H. Boecleri Bibliograph. C p. 424 ſq., ac viri celeberrimi, Reinh. Henr. Roll Biblioth. Nobil. Theologor. p. 360: de *Epiſtolis* Obſervatt. Miſcell. P. VI. p. 480 annotata ſunt.

Digitized by Google

omnium virtutum praecipuis regulis ornatam. §.27 rationem reddit, cur poſt *GARSIAM MATAMORVM* diſſeruerit *de Hiſpanorum eruditione*, cum is indicta multa reliquerit, & ſaeculo integro ſe ſit ſuperior. Sequitur pag. 25-35 Sectio II, de Bibliothecarum vtilitate, ac de huius propoſito & ratione. In hac dat primo breuem & ſolidam in notitiam omnis generis ſcriptorum Bibliothecariorum introductionem; deinde, praeter alia, exponit, per quos profecerit, quoue ordine, chronologico ſcilicet, Bibliothecam ſuam digeſſerit. Succedit *Additio*, praemiſſa *EMAN. MARTI* Praefatione, ex qua notari haec merentur: *In huius operis editione id praeſertim nobis obſervandum propoſuimus, ne ſcilicet concepta auctoris verba vel in re minima mutaremus. - - Antonius in animo geſſit, ſtrenuam nec breuem inſtituere disquiſitionem, ad calcem huius Bibliothecae veteris, ſuper Pſeudo-Iuliani Chronico, vt in fine cap. 8 & initio Lib. VII facturum ſe ſollicetur; ſed id tam egregie, tot rationum momentis, tanto criſeos pondere duobus integris capp. ibi praeſtitit, vt vel deperditi, vel non ſcripti opuſculi iacturam minus aegre ferre valeamus. Scriptores Arabes in Bibliothecam Arabico-Hiſpanicam transtulit. - - Idem de Hebraeis facere in animo habuit, ac peregit forſitan; ſed,*

*neſcio quo fato, id opuſculum vel deperditum*
*vel alicubi latet inter blattas tineasque.* E
piunt Marti Praefationem *Anonymi M*
*quaedam ad Lectorem de Opere & ipſius au*
p. 37 ſq. Praemittitur porro *Index alpha*
*cus auctorum*, vbi aſteriſco ii notantur,
vel ſunt ſuppoſititii, vel falſo Hiſpaniae tr
ti. In ipſa hac Bibliotheca de *HYGI*
*PORTIO LATRONE*, *SENECIS*, *CO*
*MELLA*, *LVCANIS*, *MELA*, *QVIN*
*LIANO*, *MARTIALI*, *ADRIANO* In
*FLORO*, aliisque veteribus, vel Hiſpa
vel ſaltem Hiſpaniae adſcriptis, tam praec
egit *A*ntonius, vt parum abſit, quin a
mem, ante Celeb. *FABRICIVM* in Biblio
ca Latina, quae inter omnia huius argum
ſcripta principatum obtinet, neminem d
ſolidiora attuliſſe. Pag. 231 - 256 exhib
ordine alphabetico *Bibliotheca Arabico-Hi*
*na*, ſiue de Scriptoribus Arabibus, qui in
ſpania aliquid literis conſignarunt, e.
*AVERROE*, *ABEN PACE*, quem ſumm
& perſpicacisſimi ingenii Philoſophum
cunt, & nonnulli ſuorum accuſant, q
de *Alcorano*, atque doctrina Mahometi
minus honorifice ſenſerit. Pag. 257-273
Bibliotheca Hiſpana *Scriptorum incerti tem*
*ris*, quales ſunt *IOANNES HISPALEN*

iun

iunior, famoſus ob Aſtrologiae iudiciariae ſtudium (quod oſtendit eius *Epitome totius Aſtrologiae* a *IOACH. HELLERO*, Leucopetraeo, evulgata Norimb. 1548. 4. itemque *Interpretatio Mercurii Triſmegiſti*) & a *IOANNE HISPALENSI*, Archiepiſcopo & in Scripturam S. commentatore, probe diſtinguendus: *IOANNES SANCHEZ*, *Chronici Cataloniae* ſcriptor &c. Pag. 274 ſqq habetur *Fragmentum Chronici FLAVII MARCI DEXTRI: MAXIMI*, Caeſar-*A*uguſtani Epiſcopi, *eiusdem Chronici Continuatio*, & *EVTRANDI*, Ticinenſis Diaconi, *Chronici*, ſiue ſuperiorum Continuationis, *Fragmentum*. Finem tandem facit egregius *Rerum memorabilium Index*.

Hanc Bibliothecam antiquam, cuius Tomus II ſcriptores omnes ab an. M vsque ad MD complectitur, praeceſſit Noua, quae inſcribitur: *Bibliotheca Hiſpana, ſiue Hiſpanorum, qui vsquam vnquamue ſiue Latina, ſiue populari, ſiue alia quauis lingua ſcripto aliquid conſignarunt, Notitia, his, quae praeceſſerunt, locupletior & certior, breuia elogia, editorum atque ineditorum operum catalogum duabus partibus continens, quarum haec ordine quidem rei poſterior, conceptu vero prior, duobus Tomis de his agit, qui poſt annum ſaecularem MD vsque ad*

*praeſentem diem floruere.* Tomus I. R
ex officina Nic. Angeli Tinaſſii. 1672.
pagg. 632. Tomus II Bibliothecam p.
finit.

Ornat & commendat hanc quoque Bi
thecam Novam lectu digniſſima illa *I
fatio* , cuius ſupra iam eſt mentio ini
Quoniam vero ea, quae huic Biblioth
praefixa, auctore ſuperſtite lucem vidit, a
que pro originali, vt vulgo loqui ſolen
habenda, idcirco ex eadem loca nonn
quae in primis commemorabilia, excerp
& in gratiam innumerorum, hoc theſa
carentium, Germanorum in primis, hic
hibebo.

Pag. c 3 de *Hiſpanorum eloquentia ſacra
terna* hoc legitur iudicium: *De ſacris ac
nibus cum Italis nobis controverſia eſt. Hi a
ficio praevalent, rhetoricantur, verbis geſtuqu
tota corporis conformatione et motu veterum O
torum imitatores videri volunt. Noſtrorum ſ
ctior, nec affectata eſt eloquentia , non coagm
tata domi oratione , aut verbis vtuntur artifici
reſpondentibus, ſed naturali & quaſi extempor
facundia, quidquid iudicii , quidquid acumin
quidquid eruditionis eliciendum eſt , rebus i
& argumentis perſuadendis, confirmandis ex
crae paginae ac doctorum teſtimoniis, ingenioſe
prudenter impendunt. Eaque ſolerter inueni*

Digitized by Google

*ii, excogitandi acute, atque apte in rem praeſentem cogitatis vtendi nota ſic vulgo placuere, vt etiam vernaculi ſermonis conciones communiter apud Italos in vlnis gerantur, & propriae horum linguae interpretatione donentur. Nec paucos vidimus ex probatisſimis, qui ſic formam hanc noſtram ſuam fecerunt, vt Italico ſermone loquentes more concionarentur prorſus Hiſpano.* Pag. e 4 de CONRADO GESNERO iudicat, quod *in Bibliotheca Vniverſali de auctoribus ieiune ſatis egerit.* Pag. f. THEOPHILO SPIZELIO elogium *eruditione viri praeſtantis* tribuit. Pag. ſq laudat IOANNEM IONSIVM, his verbis: *Scriptores Hiſtoriae Philoſophicae accurate collegit atque illuſtrauit Ioannes Ionſius, Holſatus.* Pag. f. 2 de GERMANIS generatim bene ſentit, quamuis de nonnullorum religione praeter neceſſitatem ſit ſollicitus. *Germaniae,* ait, *Scriptores collegerunt in vnum Ioannes Trithemius, cui ſuperſtruxit Iacobus Wimphelingius, Melchior item Adamus. Sed vtinam gens ampliſſimae tum ditionis, tum per omnes aetates orbis famae, quae a duobus ſaeculis eruditione ante alias audit, bonarumque omnium disciplinarum ſtudiis, inclyta, bene antiquis fidei orthodoxae ac veris perſuaſionibus inuentiones non praetuliſſet alterius ſaeculi Pſeudo-Apoſtolorum. Haberet Chriſtianus populus, quos colligeret, admiraretur que in gente*

*iſta tam eloquentiae , quam omnimodae d* *nae flores.* Quod iudicium iniquis G rum, aliorumque exterorum hominun ingeniis & eruditione Germanorum, cen opponendum.

Haec ex Praefatione operis, cuius fi ſequuntur (α) Anonymorum Notitia p. 276. 681-685. (β) Appendix prior eo quae in Scriptorum elogiis de novo adiic tur aut corriguntur. p. 277-312. (γ) pendix poſterior eorum ſcriptorum, qu nouo adiiciuntur. p. 313-336. (δ)Gynaec ++ Hiſpanae Mineruae (o), ſ. de gentis Hiſp

fe

(o) Paucis in hoc Gynaeceo p. 346 tantum me LVISIAE SIGAEAE, quoniam ſupra T. II. p. de eius vita, laudibus ac ſcriptis fuſius egit. ſcripta non apparet turpisſimus libellus, cui n ipſius ſumma iniuria praefixus. Ipſa potius m ornatur laudibus ob pudicitiam, quam confi etiam ipſius epitaphium l. c. pag. 57 conſerua dignumque, quod hic etiam legatur :

D. O. M.
LOISIAE SIGAEAE
FOEMINAE INCOMPARABILI
CVIVS PVDICITIA CVM ERVDITIONE
LINGVARVM
QVAE IN EA AD MIRACVLVM
VSQVE FVIT
EX AEQVO CERTABAT.
FRANCISCVS CVEVAS MOERENTISS.

C

eminis doctrina claris. p. 337-347. (e) Bibliotheca Extero-Hiſpana, recenſens exteros, qui

CONIVGI B. M. P.
VALE BEATA ANIMVLA CONIVGI
DVM VIVET
PERPETVAE LACHRYMAE.

Ex ipſo Gynaeceo, in gratiam humanitatis ſtudioſorum, nitidisſimam ſiſto Epiſtolam, ab ANNA CERVATONIA, nobili puella, quae Germanae Foxiae, Reginae, Ferdinandi Catholici Vxori, miniſtravit, ad L. Marinaeum Siculum ſcriptam. Legitur illa p.340, hisque politisſimis verbis eſt concepta:

ANNA CERVATONIA
PALATINA VIRGO
ELOQVENTISSIMO VIRO
L. MARINAEO SICVLO
FELICITATEM.

Non poſſum non vehementer admirari, eloquentisſime Sicule, cum ipſe, qui aureo antehac eloquentiae fonte praeclarisſima fortisſimorum Principum facinora aeternitati mandare conſueviſti, nunc illas dicendi vires, ſplendorem illum admirabilem ac prope divinum in immeritas puellarum laudes, atque indigna praeconia conuerteris. Verum nihil, quod admirari liceat, ſupereſt, posteaquam humanitatem, benignitatem, facilitatem tuam animo reuoluo. Vir enim ad cunctorum gloriam atque immortalitatem natus, te continere nequaquam potes, quin perpetuis literarum monumentis vnumquemque, vel indignum, ſempiternae memoriae commendes. Ego quidem (quia mecum tibi in praeſentiarum res eſt) nunquam mihi virtutum quidpiam, quoad vixi, neque formae eſſe exi-

qui Hiſpana lingua aliquid ſcripſerunt. p. 357: in Hiſpania diu commorati, aut m...

---

exiſtimaui; ſed epiſtola tua, nitoris atque huma-
tatis plena, tot meritis, tantoque inter legend
decore afficere conata eſt, vt neque mortalib
neque Divis, ſi nos illa comprehendiſſent, ced
dum amplius videretur. Quamobrem anim
meus non parum voluptatis accepit, quod ip
quae profundis obſita tenebris nunquam, vt o
nor, ad poſteritatis memoriam perveniſſem, t
elegantisſimis ſcriptis decus adepta ſum nomi
ſempiterni. Verumenimvero ſolitam in te de
derare modeſtiam non omiſi, quum largis effuſ
habenis, quod celeberrima vetuſtas vix admirab
forma ac virtutibus quondam meruit, id te mi
totum tribuiſſe cognovi. Nos enim Palladi, Heb
Veneri atque Helenae, quas diuinis honoribus ip
donauit antiquitas, longe cedimus. Nymphas etiam
clarasque priſci temporis puellas minime aequa
mus. Serenisſimae vero Germanae Reginae d
mum tantum abeſt vt illuſtrare posſim, vt facili
intelligam, obſcurum ſidus, ſole pulcherrime r
diante, diei addere poſſe ſplendorem. Ipſa nam
que admirabili venuſtate, diuinoque decore, v
candidisſimus Apollo lucentia ſidera, quot ei famu
lamur, exornat. Ipſa quidquid famae, quidquid vi
tutis atque excellentiae longaevus orbis vidit, ha
buitque vnquam, regali totum pulcherrimoque ſi
nu, maximo ſic largiente DEo, ſola ſuscepit. Teſti
Hiſpania tota, quae illam veluti coeleſte Numen
adorat. Teſtis et ipſe orbis terrarum, qui hoc mu
nere quidquam maius ſe aliquando accepturum, iam
deſperauit. Reliquae etiam Palatinae virgine
tan

Digitized by Google

unt. p.357-364, & de rebus Hiſpanis ſcripſerunt. p. 364-370. 670, 685 ſq. (5) Index mul-

tam forma ac nitore praeſtant, vt inter eas ego,“ qualis nunc inter ſplendentes ſorores Electra cali-“ gat. Cum quibus (me modo inter ſe nomen habere“ non dedignentur) ſi quid mihi formae exiſtit, ſpe-“ cioſiſſimae totum id clariſſimaeque Reginae ſem-“ per referendum ingenue confitebor. Vnum mihi,“ non inficior, benigniſſima ſidera dedere, vt illu-“ ſtriſſimi ac praeſtantiſſimi Federici Albani Ducis“ munere per ora omnium celebris volitarem. Tan-“ tus Princeps noſtro igne dum caſte pudiceque ſuc-“ cenditur, non parum nobis nominis ac decoris“ adiungitur. Qvippe vir bello paceque clariſſimus,“ altiſſimum genus a Conſtantinopolitanis Imperato-“ ribus accepit; et ſolus inter Hiſpanos Principes, vt“ nobiliſſimum decet, ſapientiae ſtudia, quae ſemper“ ab incunabulis veneratus eſt, acri cura multisque la-“ boribus ſectatur. Accedit alterum huic meae glo-“ riae munus, non hoc quidem inferius, quod te pul-“ cherrimus amor commouit, ut me ſingulari laudum“ cumulo decorares, efficeresque, vt cunctas omnium“ ſaeculorum puellas antecelluiſſe minores crede-“ rent. Nam tanti te ſapientiſſimi Hiſpaniae Reges“ ſemper fecere, quanti Graeciam Herodotum et Ho-“ merum, Italiam Livium et Virgilium feciſſe perle-“ gimus. Itaque quod me ab interitu ſeruaueris,“ donoque immortalitatis affeceris, tantum tibi debe-“ re ſentio, quod ſi pro hoc diuino munere vitae“ iacturam rependerem, ſatisfeciſſe nequaquam puta-“ rem. Quare ſi referre gratiam non valemus, tibi,“ quas poſſumus, gratias habemus, pollicemurque“ bonae *virginis animum* tuis caſtiſſimis optatis in“ per-

Digitized by Google

multiplex, Cognominum p. 373-425, Patrum p. 427-461, Ordinum Eccleſiaſticor ſaecularium p. 463-469, regularium p 471-491, Munerum Eccleſiaſticorum, q ſcriptores geſſerunt p. 491-495, Muner ſaecularium p. 497 ſqq, & denique Mate rum. Huius Claſſis I ſiſtit (1) S. Scriptu interpretes & res Biblicas. p. 492-500, quil accurato & multa induſtria confecto ind ob oculos poſitis ſe probauit Antonius, t aliis, tum praecipue B. *Io. Frid. Mayero* in blioth. Biblic. p. m. 15. (2) Concilia, Syno & Patres. p. 500 ſq. (3) Theologiam Scho ſticam p. 502-505. (4) Scriptores de Chri p. 505-508. (5) De Maria, eius Parentibus Ioſepho. p. 508-514. Hic mireris, de ſola *maculata*, vt vocant, *Conceptione* ſcriptores c tum & ſexaginta p. 511 ſq. adduci. (6) Pole ca, quae inter etiam Controuerſiae Pontific rum cum Pontificiis, p. 514-517. (7) Aſceti p. 517-524. (8) Moralia Theologica, Philo ph

perpetuum debiturum. Vale." Cum hac Lati linguae peritiſſima Virgine digna eſt, quae con gatur, BEATRIX GALINDO, Franciſci Rami Decurionis Matritenſis, vxor, quae, teſte Antonio pag. 141, ob Latinae linguae peritiam *La Latina* go audiebat: cuiusque cognomen retinet valetud rium, Matriti ab ea exſtructum, *El Hoſpital de la La* nulli non appellatum.

ica & Politico-Moralia. p. 524-536. (9) oncionatoria. p. 536-542. (10) Catechetica 542-546. (11) Regularia. p. 546-550. (12) iſcella Theologica. p. 551 ſqq. Claſſis II raebet Philoſophica. p. 552-557. III. Me-ca. p. 557-564. IV. Iuridica. p. 564-578. Politica & Oeconomica. p. 579-582. VI. athematica. p. 582-587. VII. Translationes ictorum variorum in alias linguas. p. 587-, quae magno ſtudio collectae. VIII. Hu-aniores diſciplinas, Grammaticam, Rhetori-m, Philologiam, Studiorum rationem. p. 6-604. Veteres ſcriptores illuſtratos. p. i. Numiſmata, Inſcriptiones &c. p. 602 q. IX habet Hiſtorica p. 604-641, quae ictor egregie in certos ordines diuiſit, vnde ec ſectio maximo vſui eſſe poteſt, tam in Hi-ria Eccleſiaſtica & Sacra, quam ciuili ac ofana, vt & litteraria (p). De Hiſtoriis reli-gio-

Celeberrimi Auctores Bibliothec. Hiſtor. Hamburg. Cent. VIII. p. 6 ſqq idcirco etiam vtramque Biblio-hecam Antonianam breuiter recenſuerunt. *In dem Indice Materiarum*, inquiunt p. 12, *finden ſich allein 1087 Hiſtorici, deſswegen wir ja wol Urſache gehabt haben, dieſem Buche* (quem p. 7 recte *unvergleichlich* vocarunt) *in unſerer Bibliotheca Hiſtorica einen Platz zu vergönnen.* Ibidem remittunt, praeter auctores, nobis iam citatos, ad Baillet Jugemens des Savans T. II. §. 128, nec non Act. Erud. 1697. p. 241. 297. benevole tamen ſimul iudicant, noſtram recenſio-nem poſſe inſtar omnium eſſe.

gioſorum ordinum multa ſubſidia diſti affert p. 614-619. Hiſtorias doctorum v rum & feminarum enarrat p. 621-623: ctores de Vita ſua & rebus a ſe geſtis p. 62 Bibliothecarum ſcriptores p. 624: Gene gica p. 638 ſqq. X affert Poetica. p. 641- XI. Varia. p. 649 ſq. XII deniqve Myth p. 650 ſq. Hos vtiles valde Indices excip *α*) Addenda et Corrigenda. p. 653-670 Nouiſſima ſcriptorum Hiſpanicorum, poſ bliothecam cum Appendicibus abſolu collectio. p. 671-686. *γ*) Lamentatio Au ris de eo, quod ſibi non licuerit viros doct multa imbutos, nullis tamen libris editis litterarum oſtenſos, huic Bibliothecae inſe quorum tres modo adduxit, & promeritis dibus ornauit. Primus horum eſt *FRA CISCVS XIMENIVS*, Ciſnerenſis, Mino primum, deinde Cardinalis & Archiepiſco Toletanus, Hiſpaniarumque Archicance rius, vir & ciuili & militari prudentia ac vi te inclytus (leg. Celeb. Menckenius de V Militia aeque ac Scriptis illuſtrib. p. 83) litteratorum in Hiſpania Maecenas. E enim auſpiciis & ſumtibus non ſolum *Bil rum Complutenſium* opus editum, ſed et prelo ſubiecta ſunt *Alphonſi Toſtati* Op *Catharinae Senenſis* Epiſtolae, *Landulphi* C thuſiani Meditationes de Vita Chriſti, *Vinc*

*Ferr*

Digitized by Google

Ferrerii Inſtructiones, & plures libri ab Antonio p. 688. enarrati. Idem pater purpuratus *Officium Mixtarabicum*, h. e. Miſſale & Breviarium ritus Gothici reſtituit, & ſuis impenſis recudi iuſſit, ne antiquiſſimae Hiſpaniarum Eccleſiae res Liturgica obliuioni traderetur. De noua quoque *Ariſtotelis Operum* editione cogitauit, quae *Graecum textum, antiquam Latinam verſionem, & nouam etiam, quam fieri curauerat, columnatim diſpoſita*, exhibere debuit; ſed hunc conatum mors interrupit. Quibus rebus factum, vt immortale in republica erudita nomen ſibi acquiſiuerit, & ſummis encomiis fuerit inſignitus. Nam, *hunc appellare tantum, laudare eſt*

*Quoue nil maius meliuſue terris*
*Fata donauere, bonusque DEus*
*Nec dabunt, quamuis redeant in aurum*
*Tempora priſcum:*

*nullius quippe vsquam maius, quam huius, fuit de litteris meritum*, iudice Antonio. p. 687. Poſt Ximenium ex eruditis Hiſpanis, quorum libri editi non extant, laudauit HONORATVM IOANNEM, Valentinum, virum Graece & Latine erudititiſſimum, quem, licet ei ab Andrea Schotto & Laur. Craſſo in Elogg., praeter *Epiſtolas*, Tractatus aliquot & Diſcurſus adſcribi videantur, inter ſcriptores tamen locum non obtinere poſſe contendit. Adiecit his duobus (SEELENII *Select. Litter.*) C NICOL.

NICOL. BAPTISTAM, Carmelitam, Th
giae & Philoſophiae apud Hiſpalenſes d
rem, quem ſua aetate oraculi inſtar h
runt, eloquentiam eius praecipue adn
Reliquos eiuſmodi viros ſi Antonius co
moraſſet, decus ſane haud exiguum ope
attuliſſet. Etenim, qui iſtis recenſendis
impenditur, non eſt inutilis habendus.
dolent multi, a nemine eum exantlari
animo hoc quidem habuit, Hamburgi de
*Io. Rendtorfius*, qui autem, poſteaquam, R
na amplexus, ſacris emendatis nuncium
hoc inſtitutum videtur deſeruiſſe. Ha
ſynopſis totius noſtrae Bibliothecae, de
mox ferendum iudicium vt haud in
nitatur fundamento, vnico ſaltem oſten
exemplo, quam egregia ex eadem ha
poſſit notitia. Erit illud BENEDI
ARIAE MONTANI, cuius *Biblia* multo
teruntur manibus, qui auctorem eorum
principem non ſatis cognitum habent a
perſpectum. Qua ignorantia optime
Antonius noſter liberabit. Ille enim
Nov. T. I. p. 162 ſqq. haec de eo habet:

BENEDICTVS ARIAS MONTANO, qu
loco natus, haud perſpicuum eſt. Nam & ſe i
bris editis, ſive a natali, ſive ab altrice vrbe, *Hiſ*
*ſem* cognominare ſolet: *Nertobriga* autem opp
(id eſt nunc *Frexenal* Pacenſis dioeceſis) ciuem
conſtanter, ac ſecundiore fama vsque hodie i

Atque item in his, quae hominem ſibi arrogant, vrbs *Xereziensis* ab Equitibus cognominata nomen ſuum profitetur. Interim ſinamus nos, ne veritati praeiudicium aliquod temere hinc naſcatur, ita vt olim de Graeco Poeta ſeptem Ciuitates, ſic plura inter nos oppida de ſummi Theologi, Poëtaeque diuini patria digladiari. Nobilibus quidem hunc parentibus, vt audio, ſed inopibus natum, cum iuſtae fuit aetatis, ciuitas Hiſpalis ſuſcepit expenſis gratuitis alendum, doctrinisque imbuendum. Excitauerat enim quosdam illius vrbis ciues ad id officium pueri indoles, ingeniumque vultu ipſo emicans. Poſt tyrocinium Grammaticae, Philoſophiaeque artium, iam Theologiae par, cuius ſtudio ſemper flagrauerat, in ſcholam Complutenſem doctrinae huius florentisſimam contendit. Sodalem hic trilinguem egiſſe dicitur; in qua aede, velut in proprio loco, germanam illius trium linguarum cognitionem comparare ſibi in voto habens, incredibili ardore animi ad hoc maxime nati, felicisſimoque conſpirantium genii atque induſtriae ſucceſſu, fecit ſe breui compotem voti. Graecae namque & Latinae eruditionis, Syrorumque & Chaldaeorum, atque Arabum linguae ſciens, in eruendos maxime Hebraicos diuinorum librorum theſauros, cum vires ingenii, tum actiones omnes fere contulit: vnde Hiſpania noſtra, & ſacrae ſcientiae hoc ſtudium, noua, & maiore, quam hactenus, acceſſione cumulatisſimi honoris & laudis locupletata eſt. Vulgarium inſuper ab his, Gallicae, Belgicae, Germanicae, Anglicae, atque Italicae, beneficio temporis & peregrinationis, cognitione non caruit. Plane ordinem Divi Iacobi Equeſtrem inter Sacerdotes ſuſcepiſſe eum hoc tempore, cum renunciatus iam Theologus Doctor Academia excesſiſſet, aequum eſt iudicare. Conſtat ſaltem ex eo ſodalitio, Italicae ſane peregrinationis deſumptum comitem ac ſocium

Theologum a Martino Perezio Ajala huiusmet ordi
Segobienſi Antiſtite; quod ei officium praeſtans in
ſtremo Tridentino conuentu totius Eccleſiae conſ
ptis Patribus ob eminentem eruditionem in pretio f
In reditu nihil optatius habuit, quam declinata ho
num frequentia latere ſibi & litteris, ſacrorumque
brorum meditandae atque illuſtrandae lectioni. C
conſilio ſecretum quoddam Baeticorum montium,
que amoeniſſimum iuxta *Aracenam* locum, qui hod
que in memoriam hoſpitis auide frequentatur, nid
ſibi, ac velut latibulum vitae ac ſtudiorum iam o
delegerat, iuſtoque aedificio conſtruxerat. Ver
publicatis iam aliquot operibus, famaque inſignis d
ctrinae ſatis notum, non diu poſt PHILIPPVS Rex
cundus, *Bibliorum* nouae, ac regiae editionis ſuſce
egregie cura non minus, quam ceteris praecellentib
ſuis geſtis magnus, ad ſe vocauit, in Belgiumque, A
bani Ducis tunc prouinciam, ire iuſſit, operi atq
operis praefectum. Id vt commodius ageret, v
eruditione praeſtantes in partem laboris adſumpti ſu
Lucem typorum commodauit *Chriſtophorus Plantin*
typographorum oculatiſſimus, ſumma, & incredib
futura, ſi non ipſa loquerentur monumenta, ad poſter
fide. Officio iam defunctus noſter, ne famae inauſp
cato ſe, opusque recens nota ſua percuſſum committ
ret, Romam peruolauit, Regioque nomine, ac ſuo, B
blicum hoc ſyſtema, locupletius Complutenſi atq
emendatius, GREGORIO huius nominis XIII Pap
Latina elegantiſſima oratione obtulit. Reuerſus
Hiſpaniam merita apud Regem maximum gratia fl
ruit, ditatus ab eo eccleſiaſticis penſionibus ad ſum
mam vsque bis mille ducatorum, tandemque Laic
beneficio quodam (*Encomienda de Pelai Perez* vulg
vocant) eiusdem ordinis D. Iacobi; quod quidem hod
aggregatum eſt coenobio Hiſpalenſium ſodalium, a

nuen

rente ad id, in gratiam Montani, eius domus Praefecti,
iemque ſuum in eadem obeuntis, Philippo. Sacrum
uoque miniſterium Regi praeſtitit. A quo & in re-
enter Laurentio martyri ſacram aedem iuxta *Eſcuriale*
ppidum, docturus commorantes ibi S. Hieronymi
odales ſacram eruditionem, fuit deſtinatus. Nec ta-
nen ſecunda viri exiſtimatio deterruit quoſdam, in
iſque LEONEM CASTRIVM, Pincianum, Cano-
icum, *Commentario in Iſaiam Prophetam* eruditisſimo,
iſque abunde ſpectatum, quocum noſter MONTA-
VS pro defendenda Hebraicorum librorum integri-
, quos pervicaciter ille auerſabatur, multum ac diu
ertauit; adeo vt Romam proficiſci ad cauſam di-
ndam, (ſi, qui id iactant, falſi non ſunt) nec ſemel
tum, neceſſe habuerit. Mors tandem an. MDCXI
I. Iunii dignum immortali vita, ſed mactum iam im-
rtali fama virum nobis eripuit: iacetque in coeno-
o Hiſpalenſi, cui praefuerat, honorifice ſepultus.
brariam ſuppellectilem manuſcriptam Laurentinae
giae Bibliothecae, typis editam legauit ſodalibus, re-
uorum autem haeredes bonorum Cartuſianos eius-
a vrbis monachos nuncupauit, inter quos ſeceſſum
, & latebras deſtinatae iam cellulae, imperturbato
urus otio, diuinaque magis per dies amans & ſitiens,
parauerat. Puſilla fuit ſtatura, ſed bene compacta,
uam dedignari non poſſet hoſpes animus. Vino
per abſtinuit, epuliſque largioribus. Caenabat in
ſemel, idque noctu, praeter breviorem meridia-
cibum, qualem vel nunc ieiunantes conciliaturi
um ſumimus, diurnas horas omnes vt in exerci-
etatis ac ſtudiorum impenderet. Diebus feſtis
ane plerumque ſacro, nonnulliſque aliis huma-
rum diſciplinarum exercitationibus a ſuperiore
entandi in libros ſacros cura velnti feriabatur. In-
um ſui ſaeculi Poëtas nemini palmam detulit,



Digitized by Google

meritus ob id lauream (quod ritu etiam apud nos A
demico inualuit) Poëticae artis apud Compluten
Quamdiu tandem per alias occupationes licuit, p
dium ipſe ruſticum, quod interpellantibus vacuum
ſet, ſeu verum potius Muſarum coeleſtium, atque A
ſinis ſacri domicilium habitare ſolitus, tot inde ad
elegantiſſima, eruditiſſima, piiſſima opera, quae
tiquitatem omnem prouocant, emanare fecit. Q
rum en catalogus:

*Commentaria in XII Prophetas.* Ad Eccle
Catholicam illiusque Pontificem ſummum, & le
mos miniſtros. Antverpiae apud Plantinum. i
fol. 1582. 4.

*Elucidationes in quatuor Euangelia.* Ibidem i
1575. ſimulque edita ſunt

*In Acta Apoſtolorum elucidationes.*

*In omnia Sanctorum Apoſtolorum ſcripta:* ſimul

*In D. Ioannis Apoſtoli et Evangeliſtae Apocal*
*ſignificationes.* Ibid. 1588. 4.

*De varia Republica; ſive Commentaria in lib*
*Iudicum.* Ibid. 1592. 4.

*De optimo Imperio, ſiue, in librum Ioſuae Com*
*tarius.* Ibid. 1583.

*Antiquitatum Iudaicarum* libri IX. Lugd. Bata
typis Raphelengii. 1593. 4.

*Liber generationis & regenerationis Adam, ſi*
*Hiſtoria generis humani, operis magni pars prima*
*eſt, Anima.* Antverp. ap. Plantin. 1593. 4. Parabat
nim huius hiſtoriae, ſiue operis, duas alias partes,
ſcribendas nempe *Corporis* & *Veſtium* nomine, qua
çaementa in ſchedis manſerunt.

*Commentaria in Eſaiae Prophetae Sermones.*
verp. ap. Balthaſ. Moretum. 1599. 4.

*Commentaria in XXX priores Dauidis Pſal*
Ibid. ap. eund. 1605. 4.

D

*Dictatum Chriſtianum, ſiue aureus de Chriſti vita doctrina libellus.* Antverp. 1575. 12, quem Galli habent Gallice conuerſum, Antverpiaeque editum 1579. 8.

Fecit & in magnum Bibliorum corpus *Apparatum*, liecitque e ſuo in vltimo volumine ſequentia:

*De Hebraicis Idiotismis* : *De Arcano Sermone*; *De ...tione, ſiue Habitu* : *De ſacris Ponderibus atque Menſuris* : *De ſacra Geographia* (vbi de gentium ſedibus ...imis, de duodecim gentibus, & terrae promiſſae partitione): *De ſacris Fabricis* : *De Saeculis & Temporibus*. cum tabulis, picturiſque artificioſisſimis. Quod ...idem opus *Apparatus Sacri* minori forma & impenſo recudit Lugduni Batavorum Franciſcus Raphelengius an. 1593. 4.

Carmine autem elegantisſimo luſit argumenta ſacra ...:

*Dauidis, Regis ac Prophetae, aliorumque ſacrorum ...atum Pſalmos ex Hebraica veritate in Latinum carmen ...ſeruantisſime conuerſos.* Antuerp. ap. Plantin. 1574. 4.

*Monumenta humanae ſalutis decantatae, hoc eſt, ...lcherrimas vtriusque Teſtamenti figuras vario carminis genere explicatas.* Ibid. 1571. 8.

*Speculum Vitae & Pasſionis Chriſti.* Ibid. 1573.

*Hymnos & Saecula, ſiue Poëmata ſacra*, tomis ...tuor in 16, ap. eund. Plantin. 1593.

*Rhetoricorum* item libros quatuor, carmine heroi..., quibus *Adnotationes* adiecit ANTONIVS MO...LES, Epiſcopus Mechoacanenſis. ibid. 1572. 8.

Scripſit & alia promiſcua,

*Correctorium Indicem librorum*, iuſſu Philippi Re... & Albani Ducis Belgarum Praefecti, qui editus eſt ... in 8.

*Aforiſmos ſacados de la Hiſtoria de CORNELIO TACITO*. Barcinone. 1614. 8. ap. Sebaſtianum Matevad.



Digitized by Google

*Itinerarium* BENIAMIN TVDELENSIS, *Tu*
ex Hebraeo a ſe in Latinum conuerſum edidit
que ap. Plantin. 1575. 8, quod quidem credebat
maioris apud Alexandrinos Hebraeos adſeruati o
compendium. At id denuo recoctum eſt cura C
STANTINI L' EMPEREVR, Hebraeae Linguae
feſſoris Leidenſis, Hebraiceque ſimul atque La
adiectis annotationibus publicatum Lugdun. Bat.
1633. 8. ap. Elzevirios.

E noſtris Montanum cumulatisſima laude affi
Ambroſius Morales in Prolegomenis ſecundae F
*Hiſtoriae Hispaniae*, titulo *De los libros antiguos*,
que; exterorum quam plurimi, & in his Aub
Miraeus, Canonicus Antverpienſis, in *Iuſti Lipſii* elo

Praeter haec plurium Ariae Montani opuscula
exemplum vidimus Matriti in Bibliotheca D. Gas
Ibannez de Segovia, Marchionis Acropolitani, a
noſtri, forte ex libraria ſuppellectile Petri de Vale
quae hic adiungere non grauabor.

*Humanae rationis exempla illuſtriora.*

*Explicatio Orationis Dominicae.*

*Paraeneſis ad mentem propriam ex verborum ſ*
*rum interpretatione compoſita.*

*Animaduerſiones de Hebraicorum Bibliorum c*
*ſcriptione & lectione, atque de vario Interpretum*
*ſtituto.*

*Commentaria in Pſalmos Davidis*: neſcio, a
editis diuerſum opus.

*Commentaria in Evangelium Matthaei*: forte
dem cum editis.

*Adam, ſiue de Humani ſenſus interprete Lin*
*communibusque linguarum omnium rudimentis.*

*De vulgata Editione.*

*Pro Hebraicis Exemplaribus & Lingua.*

*De Propoſito DEi.*

N

*Notae in Geneſin.*
*Varia Carmina.*
Hiſpana autem lingua haec:
*Diſcurſo ſobre la fundacion, que hizo el Rey D. Filipe II. de Monjas de la orden de San Auguſtin.*
*Carta a Alonſo Ramirez, quando fue hecho Fiſcal de Hazienda.*
*La leccion Chriſtiana, y las obligaciones comunes, y particulares de todos los Dicipulos de Chriſto.*
*Diſcurſo ſobre ſi los premios merecidos por hazanas ſon bien, o mal dados.*
*Diſcurſo del dia verdadero de la Paſſion de Chriſto.*
Cum his ſunt *Epiſtolae*, quas noſter ad varios, & quas ad Benedictum noſtrum varii ſcripſerunt: pluraque alia ſuper editione Bibliorum Regiorum, & Montani & aliorum operis.

Vides, Lector, non modo quae, ſed et quam accurate ea contineat haec Bibliothecarum princeps, quae non ſolum magno ſtudio & diligentia, verum etiam multo candore eſt confecta. Auctori enim laus fide digni, accurati & grauis ſcriptoris non poterit denegari. Diligentiae praeclarum dedit documentum, dum non ſolum editiones librorum magno numero attulit, ſed translationes quoque in alias linguas ſedulo enarrauit, nec alia circa libros notatu digniora omiſit. Notitiae vero librorum eo ſunt pleniores & accuratiores, quo magis MSStorum quoque codicum mentionem iniecit, & inſcriptiones librorum, non ſemper mutilatas, ſed ſaepiſſime integras

 pro-

propoſuit. Quo certe effecit Antonius, op ſuum probari intelligentibus prae multis r centioribus libris hiſtorico-litterariis, quoru auctores male, quando data opera de lib aliquo agere volunt, titulos mancos & ex om parte decurtatos praemittunt, ſaepeque nil de eodem dicunt, quam quod ex ipſo titulo, integer datus fuiſſet, lector multo certius c gnoſcere potuiſſet. Iudicia porro & elogia ta ſua, quam aliena adiungit Antonius, aliosqu ſcriptores idem argumentum pertractante Sic quando e.gr. in ALPHONS. CIACCONI T. I. B. N. p. 14 mentionem facit libri ipſi rariſſimi *de Clauis Caligariis* (quem male no nulli ſub titulo *de Claris Caligariis* citant addit: *Egerunt alias de Caligis militum clauat Balduinus de Calceo c.* 13 & *Iul. Nigronus de Cali c.* 4. §. 8. Feminis quoque eruditis locu non denegat, & tam data opera in Gynaece quam alias paſſim eas laudat; neque ſol Hiſpanos, ſed Luſitanos quoque ſcripto recenſet. Auctores minimorum etiam ſcr ptorum adducit, nec raro Pſeudonymos det git. Quos non vidit libros, ingenue indica addito auctore, cuius fide niſus ſcripſeri Secutus eſt in Bibliotheca Noua ordine alphabeticum iuxta praenomina. Stylo vtitu non quidem omnino puro, neque tamen etia plan

Digitized by Google

[pl]ane ſordido & inquinato, in quo cum non-nulla ab emendata ſcribendi ratione aliena occurrunt, compenſantur ea largiter multis illis ſingularibus, quae hic ſunt congeſta, & fruſtra apud alios quaeruntur. Vnicum iſtud in eo reprehenſione non indignum, quod nonnunquam in Proteſtantes ſit iniurius; cuius rei praecipuum exemplum eſt in *Bibl.* Nov. T. I. p. 235, vbi dum de DIDACO de PAIVA d' ANDRADA, Tridentinum Concilium aduerſus incomparabile MARTINI CHEMNITII Examen defendere, ſed infelicisſimo ſucceſſu, auſo, agit, duriora ſimul in alterum illum Martinum effutit. Cum autem hoc raro fiat, ipſi, tanquam Hiſpano, eſt aliquid condonandum, neque inuidenda ſunt ideo magnifica elogia, quibus ob eruditionem, induſtriam, ἀκρίβειαν, et alias boni ſcriptoris virtutes, merito fuit ornatus. Recte enim ab Anonymo in Monit. ad Lector. p. 37 vocatur *vir eximius, inexhauſtae eruditionis & infinitae propemodum lectionis laude apud omnes homines doctos, cuiuslibet nationis & inſtituti, celebris.* Commemorabile in primis eſt *DON IOSEPHI PALERMI, Epiſcopi primum Converſani, deinceps Archiepiſcopi Sanctae Severinae, Illuſtriſſimo Domino DON NICOLAO ANTONIO, Equiti S. Iacobi, Catholici Regis in Vrbe Agenti Gene-*

*Generali, pro Bibliotheca Hiſpana Elogiun* verbis conſcriptum:

*DON NICOLAVS ANTONIVS,*
*Duplex naturae miraculum,*
*A quibus conſequi debuit,*
*Authoribus vitam tribuit,*
*Illosque rediuiuos perennat:*
*Aſtro ſuo gentilitio,*
*Non e vagis ſideribus,*
*Vagantes Authores,*
*Fixas, velut in firmamento,*
*Stellas hoc effecit in Opere.*
*Alceſtes alter, ſed mirabilior,*
*Tertio Stemmatis iaculo*
*Traxit e coelis ignem,*
*Quo velut animante,*
*Nouus Promethaeus*
*Scriptorem patrium fecit in animam*
*Viuentem.*
*Adeo, vt per cancellos proſpiciens,*
*In hoc Literatorum pomario,*
*Omnia ſcientiarum genera quilibet inuenia[t]*
*Theologus Gratiam, Naturam Philoſophus,*
*Mores Ethicus, Coelum Aſtronomus,*
*Veritatem Hiſtoricus,*
*Muſicus Modos, Poëta Epopeiam;*
*Cuncta denique hic, vnde Palladi*
*Compotem ad omnia mentem,*

Vti ur a[…] ſtemmat[…] quo ſup[…] gittas tr[…] micat ſte[…]

*Manun*

*Manumque non deeſſe dignoſcas.*
*Millia millium*
*Ingeniorum monumenta collegit in vnum,*
*Vt vni ſibi, quinimo cunctis,*
*Virtutum facinora propinaret.*
*Regis Agens*
*Solitudinem in Curia*
*Raro adinuenit exemplo:*
*In vtroque mirabilis,*
*Qui potuit ſcilicet inter negotia*
*Videri Prudens,*
*Noſcitur inter eruditos Apollo;*
*Totus ſibi, totus aliis,*
*In ſtudiis aſſiduus,*
*In agendis ſollicitus,*
*Martam Magdalenae coniungens*
*Omnibus obtulit*
*Paria diſparis exercendae*
*Virtutis exempla.*
*Ergo*
*Obſtupeſcite, exteri,*
*Demiramini, poſteri.*
*...thor Iberus erat Lethaeis Heſperus vmbris,*
*Lucifer vt fieret, Phoſphorus iſte fuit.*

Alia de Antonio, eiusque Bibliotheca, ...dicia rariora, in Paralipom. de Praecocib. ...udit. p. 74 ſq. adducta, hic repetere non ...uat, neque eadem augere iudiciis honorifi- cis

cis MAYERI, MORHOFII, BA
STRVVII, REIMMANNI, & plu
quorum libri omnium manibus ter
Ob diligentiam ſummo iure laudat Anto
rev. WOLFIVS Biblioth. Hebr. P. I. p. 23
non in Praefat. p. 2. Plura Bibliothecae
nianae elogia vid. in celeberr. IO. KL
KERI Biblioth. Erudit. Praecoc. p. 5
GEORG. SERPILII Vitt. Scriptor. Bib
P. X. p. 325. not. IO. MOLLERI Pro
Cimbr. Literat. A. 3. b. C. b. C. 4. Co
E. TENTZELII Dial. Menſtr. 1698. p
ſq, vbi etiam ἀνέκδοτα quaedam Anto
commemorantur. Reſtat, vt addam al
de *Subſidiis*, quibus ad Bibliothecam c
ciendam Antonius vſus eſt. Excusſit a
ille multas praeſtantisſimas *Biblioth*
*Vaticanam*, *Barberinam*, *Ambroſianam*,
resque, quod MSSta ex iis magno nu
adducta comprobant. Conſuluit prae
GESNERVM, POSSEVINVM, BOLD
NVM, DRAVDIVM, VALER. ANDRE
ANDR. SCHOTTVM (q), MIRAE
I

(q) De SCHOTTI *Bibliotheca Hiſpanica*, hodie
ri, egregie iudicat Antonius in Praefat. p. 31: *B*
*theca Schotti eo modo concepta eſt, vt quamuis a*
*h. e. eruditiſſimo ſummaeque induſtriae viro, em*
*elegantique ſtilo ducta, vix posſit aut ſui praeſtare*

Digitized by Google

ERYTHRAEVM, GHILINVM, WADDINGIVM, ALEGAMBIVM, ALLATIVM, BELLARMINVM, LVD. IAC. A S. CAROLO, LABBEVM, CIACCONIVM &c. quos errantes ſaepe correxit. Vſus porro eſt ABV NAZARI libro *de Studiis populi Andaluſiae*, opere magno & rariſſime obuio; vt & IOANNIS DE SALDIERNA ampliſſima *Bibliotheca librorum Hiſpana lingua ſcriptorum*, qua vſus fuiſſe dicitur THOM. TAMAIVS, cuius opus ineditum ex Bibliotheca Barberiniana CAROL. MORONVS cum Antonio communicauit. De Benedictinis quaedam ex tabulariis ANTON. LVPIANVS ZAPATA & ALPHONSVS DE MIER; de Ieſuitis autem IO-

---

*proficere cupientibus, aut literarios nobiliſſimae gentis pro eius dignitate perfectos & abſolutos dare aliis faſtos. - - In ſecundo Tomo de multis religioſis ordinibus altum ſilentium, qui ſummos etiam doctrina viros Hiſpaniae pepererunt. Ac nec ex aſſumtis omnes laudantur, ſed potiores tantum, facta quidem de libris aliqua mentione, ſed ea nec integra, nec annotatione loci, temporisque editionis, quod ſic in iſto genere neceſſarium eſt, diſtincta. - - Schotanam Bibliothecam nihilominus ea non tantum laude nos dignamur, quae primo debetur rei auctori; ſed illa inſuper, quod eleganter admodum, erudite ac certe de his praeſertim, quibus aetas ſua florebat, viris monere ac demereri poſteritatem voluit.* Nonnulla de hac Bibliotheca obſeruauit B. Serpilius in Perſonal. Samuel. p. 78 ſq.

Digitized by Google

IOANNES PAVLVS OLIVA, ordini L
litico principe loco praefectus, ipſi ſup
ditarunt. Ceterum ciuibus ſuis non n
tum debet, quod ipſe his verbis fate
*A noſtris auxilia rara & imbecilla . . Omn
fere Hiſpaniae totius vrbium , nedum pro
ciarum regnorumue hiſtorias habemus vernac
nec in iis quidquam accuratioris operae ad Bi
thecae noſtrae argumentum conferentis inue
potuimus; excepta vna Segouienſis vrbis, in
DIDACVS COLMENARIVS particularem
rorum literis illuſtrium eiusdem vrbis librum
teris adiunxit.* Dolet etiam in Praef., q
nanciſci non potuerit THOM. TAM
*Elogia illuſtrium in Carpetania ſcriptor
MICH. IO. VIMBODINI Bibliothecam Va
tinam: IO. FRANC. ANDR. VZTARRO
Arragonenſem Bibliothecam* , itemque *V
Chronographorum regni Arragoniae* ab *Hie
Zurita* ad *Ioſeph. Pellizerium* : *IO. SVA
BRITTI* & *IO. FRANCI BARRETI* affe
*Bibliothecas Luſitaniae* , quarum mem
GEORG. CARDOSVS Hagiolog. Luſi
T. III. d. 4 Maii : *IO. NADASI Append
Scriptorum Soc. Ieſu*: & *FRANC. IBANN*
librum, in quo *Viros illuſtres Benedictinos*
dauit. Hic librorum defectus non mi
pretium Bibliothecae Antonianae, nam

ti docet in Praef. , *αὐτοψία ſuppeditauit au-*
*torum editiones.* Vnde nihilominus ſubſcri-
imus verbis MORHOFII T. I Polyh. L. I.
. 18 p. 222 de hac Bibliotheca prolatis: *Liber*
*ille ideam ſubminiſtrare poteſt omnibus in aliis*
*gentibus ſimile quippiam tentaturis.*

Haec, exceptis acceſſionibus in noua hac edi-
tione factis, ſunt, quae ante aliquot annos de
Bibliotheca Antoniana, ſtudioſe peruolutata,
litteris conſignaui. Anno ſuperiori 1718 quae-
dam de ea annotauit V. Cl. I. H. SCHVLZIVS,
Med. Lic., in *Biblioth.* Nouiſſ. Sect. II. p. 58 ſq,
ubi oſtendere conatur, eam defectibus laborare,
& paſſim truncatam eſſe ac deprauatam. Ipſi
Antonio, quem, eiusque Bibliothecam, valde
commendat, laudem viri cordati attribuit, non
autem omnibus iis, qui poſt Antonii mortem
eius Bibliothecam ediderunt, quos magnam
Antonio iniuriam intuliſſe ſcribit. Defectibus
inter alia annumerat, quod nulla ab Antonio
mentio facta MICHAELIS SERVETI, ho-
minis peſſimi quidem, ſed Medici tamen vel
ideo commemorandi, quoniam primus fuiſſe
creditur, a quo *ſanguinis circulatio*, fuſius dein-
ceps demonſtrata a GVIL. HARVEO, inuen-
ta. Reliqua comparentur cum iis, quae nos
de hac Bibliotheca ſumus commentati. Hoc
certum eſt, quod ſol non careat maculis, &
praeſtantisſimus etiam liber habeat, quod
(SEELENII *Select. Litter.*) D rigi-

rigidior in eo cenſura deſideret. Quam
liter nihilo minus ea poſſit adhiberi, do
praeter alios, vir illuſtris GERHARDVS
NESTVS de FRANCKENAV, Eques D
cus, qui in ſua *Bibliotheca Hiſpanica Hiſto
Genealogico-Heraldica*, Lipſ. 1724. 4, o
eximio, ſaepius ad eandem prouocat.

Vtinam vero Germani nonnulli exc
rentur, & coniunctis viribus, ad Antoni
emplum, *Bibliothecam Germanicam* conſcr
rent, profecto fieri poſſet opus aeterni
dignum, & maleuolos Germanorum cenſ
ad ſilentium redigens. Oſtenderetur
etiam luculentiſſime Germaniae felicitas,
iam dudum florentibus litteris aeque parti
facta eſt, ac olim Hiſpania ob litterarum flo
ſe potuit felicem praedicare. Fortuna
enim merito dicendam eſſe eam rempu
cam, in qua litterae tolerantur, aman
excoluntur, ante abitum in Academiam,
blice euincere laborabit

## IACOBVS FRIDERICV PFORTHVSEN,

Lubecenſis,

iuuenis eximiae ſpei & indolis, qui res
adhuc bene egit, Oratione ſolemni

# de Litterarum flore magna Reipublicae felicitate

craſtina luce ſtudiis ſcholaſticis finem impoſiturus. Quare praeſentiam honorificentiſſimam & gratisſimam VIRORVM MAGNIFICORVM ET CONSVLARI DIGNITATE ILLVSTRIVM, PATRIAE PATRVM EXOPTATISSIMORVM: ſumme reuerendi & excellentisſimi SACRORVM PRAESVLIS: nobiliſſ. conſultisſimorum & experientisſimorum SYNDICI ac DOCTORVM: admodum reuerendorum & praeclarisſimorum SENIORIS, PASTORVM & SYMMYSTARVM: nobilisſimorum, generoſorum, amplisſimorum ac prudentisſimorum SENATORVM, PROTONOTARII & SECRETARIORVM, omniumque Reipublicae ac Litteris fauentium, meis verbis demiſſe quaerit, & ſibi vehementer exoptat. Adeſte igitur, rogo, DOMINI, MAECENATES, PATRONI, FAVTORES, quoniam, vti litterarum flos eſt ingens reipublicae felicitas, ita Veſtram florentisſimam praeſentiam Athenaei noſtri magnam interpretamur felicitatem.

P.P. Lubecae d. XXIX Mart. A. MDCCXIX.



Digitized by Google

# II.

# MICH. SERVETI LIBRORVM RARISSIMORV DE TRINITATE RECENSIO.

§. I.

VT in hoc ſecundo Specimine de CHAELE SERVETO, eiusque li quibus ſacroſanctum Trinitatis ſterium conatu ſceleſtisſimo impugnare ſus eſt; quaedam commentari animum duxerim, fecit tum B. CONRADVS D TERICVS, in *Inſtitutionibus Catecheticis*, damentorum ſanctioris diſciplinae por dorum cauſa a me iuuenibus noſtris pul praelegendis, plus ſimplici vice Servet eiusque dogmata, commemorans: tum ſ ma librorum raritas, ſiquidem paucisſ in Bibliothecis, quas inter tamen eſt pul noſtra Lubecenſis, oſtenduntur. In Gallia duo tantum eorum exempla rep non dubitat aſſerere Auctor *des Unparti ſchen Bibliothecarii* pag. 510 his verbis :

*trifft dieſes Buch heutiges Tages in denen allergröſſeſten Bibliothequen gar nicht, in Franckreich aber nur zweymahl, wiewol einmahl defect, an.* Ipſe CHRISTOPHORVS SANDIVS, quo nemo fuit diligentior in conquirendis eiusmodi ſcriptis, ſiquidem hoc inſtituti ipſius ratio requirebat, faſſus eſt, quod vſus ſit exemplari, non typis expreſſo, ſed calamis deſcripto. *Habui*, inquit in Bibliothec. Anti-Trinitarior. pag. 12, *codicem hunc, a viro clariſſimo proxime praeterito* 1681 *anno mecum communicatum, e typis expreſſo exemplari a quopiam (ob exemplarium defectum) calamo deſcriptum.* Vnde fides facile datur iis, quae ſcripſerunt Auctores Lexic. Eruditor. German. pag. 2091: *Servetus war ſo kühn, daſs er* 1531 *ſieben Bücher de Trinitatis Erroribus in Deutſchland heraus gab, ſo izt ſehr rar, und um* 20 *Ducaten bezahlt werden* (1). Certiſſimum itaque eſt, quod perpauci librum hunc, cuius pleraque exemplaria combuſta, oculis vſurparint.



(1) Imo aiunt, Principem quendam ante paucos annos centum aureis nummis, quos vulgo ducatos vocant, librum iſtum emiſſe. Ante annos quinquaginta, & quod excurrit, hoc factum eſſe, ex VARILLASIO refert GODOFR. ARNOLDVS in Haereſiolog. P. II. L. XVI. c. 33. p. 402. his verbis: *Servetus hat an.* 1531 *ſeine 7 Bücher de Erroribus Trinitatis heraus gegeben, welche noch etwa vor 50 Jahren eins mahls vor* 100 *Ducaten bezahlet worden.*

Digitized by Google

rint. Lectu digna ſunt, quae de rari
librorum SERVETI, ſaepius licet exci
rum, ad me ſcripſit B. GEORG. SERPILI
Antiſtes quondam Ratisbonenſis, ex c
Epiſtola, an. 1721. d. 19 Iun. exarata, non
ſum non aliqua hic exhibere. *Es ſind*
ita ſcribit, *dieſer Tagen deſſen gelehrte Sel*
*Litteraria zu Geſichte kommen, darinn Sie u*
*andern auch der Scrifften SERVETI erweh*
*Die gottloſen Libros de Trinitate, & Ei*
*autoris Dialogos, (welche noch rarer, als*
*erſtere ſcriptum) beſitze in triplo, weil ehe de*
*in Pohlen ſtudiret, und mit den SCHLICHT*
*GIIS gar bekannt worden, auch noch dann*
*wann mit ihnen correſpondire. Jch wun*
*mich mit VARILLAS nicht unbillig, daſs d*
*Schrifften ſo offte unter den Socinianern, auf*
*legt werden, und doch ſo rar bleiben. Doch*
*mir aus Pohlen her noch bekannt, daſs eine cap*
*Strafe auf die communication geſetzt iſt. Beka*
*ten Freunden aber ſchaffen ſie exemplaria, ſo*
*ſie verlangen, laſſen ſich aber dieſelbe ſehr the*
*bezahlen. Jch habe inzwiſchen bey ſehr vie*
*exempeln notiret, daſs die wenigſten, die ihn re*
*tiret, ihn ſelbſt geleſen, auch immer die Büc*
*de Trinitate mit der Reſtitutione Chriſti*
*niſmi (welchen Tractat nie anders, als im MS*
*geſehen) confundiret, ſo daſs, wenn das bekan*

*ſcomm*

*nma de triplici cerbero ſollte verificiret wer-*
*ı, unter tauſend autoren nicht einer ſeine Ehre*
*ten, und verſichern könnte, daſs ers jemahlen*
*Serveto geleſen. Et ſic in aliis.* Videntur
uribus, quod obiter obſeruo, per famam ma-
ſ ac traditionem, quam lectionem, inno-
iſſe, quae ad CALVINVM ſcripſit SER-
ETVS: *Pro vno DEo habetis tricipitem Cer-*
*um.* Vid. Relatt. Innoc. 1717. p. 944. Leg.
am, quae de raritate operis Servetiani an-
auit Cl. WESTPHALVS de Libris Com-
ſt. Epiſt. I. A. 4. An. 1723 bibliopola
idam Londinenſis raritatem huius libri
ıa editione tollere voluit; propter quem
ıatum in carcerem fuit coniectus. Vid.
ıv. Litter. Germ. Lipſ. 1723. pag. 505. In
iis tamen Germaniae Bibliothecis eum
iteſcere, ex commercio litterario cum vi-
doctis, eundem poſſidentibus, intellexi.
ıi cum nuper in Bibliotheca noſtra publica
fferret, gratulabar Bibliothecae codicem,
nullus fere rarior, ipſe autem magna
im incendebar cupiditate euoluendi &
ndi librum, quo, ſi a ſcriptis Atheorum
ſſerimus, nullus pene in toto orbe famo-
. Nonnulla eorum, quae ex illius lectio-
obſeruaui, cum beneuolo Lectore com-
nicabo.

§. II.

De Auctore pauca ſunt praemitte[illegible] quoniam faciunt ad eo melius de hoc l[illegible] iudicandum. Eſt is MICHAEL SER[illegible] TVS, ſiue, vt ipſe ſcribit, SERVETO [illegible] Hiſpanus, qui ſaeculo XVI vixit, & mu[illegible] in orbe Chriſtiano turbas excitauit. [illegible] eſt quidem dubium, quin praeclarum [illegible] ſecutus ſit famam, ſi, quam *Ptolemaeo*, [illegible] grapho, illuſtrando impendit operam, [illegible] ribus antiquis ſcriptoribus conſecraſſet; medendi artem, quam profitebatur, ſo[illegible] excoluiſſet, quippe inuenta ſanguinis corpore humano circulatione inclaruit. [illegible] quum illotis, quod aiunt, manibus a me[illegible] cina corporis ad medicinam animae ac[illegible] deret, & ſacram ſcientiam animo irreligi[illegible] aggrederetur, eiusmodi ſententiarum m[illegible] ſtra, horrenda plane & informia, enixus [illegible] quae ii omnes, qui a cultu Chriſtiano [illegible] penitus ſunt remoti, merito abominan[illegible] Leg. de Erroribus Seruetianis WIGAND[illegible] de Seruetianiſmo: SCHLüSSELBVRGI[illegible] in Catal. Haereticor. L. XI: STOCKMA[illegible] NVS in Elucidar. Haereſ. p. m. 557 ſqq:

BA[illegible]

(2) Nomina SERVETI adſcititia vid. in VINC. PL[illegible] CII Theatr. Pſeudon. f. 493. n. 2066. f. 608 2826. Alia de Serueto vid. in Theatr. Anon[illegible] f. 93. n. 674. a. f. 501. n. 1943.

Digitized by Google

BACMEISTERVS Act. Philippic. p. 60-66. not. CALVINVS loc. mox citand. Adde, praeter ſcriptores de vita eius mox adducendos, quae ex ipſius *Reſtitutione Chriſtianiſmi* excerpta & confutata reperiuntur in Bibliothec. Bremenſ. Claſſ. I. Faſcic. V. p. 739 ſqq. In primis vero a ſana de *SS. Trinitate* doctrina aberrauit, deque *Ea* non ſolum falſiſſima docuit, ſed horrendis etiam & inauditis *Illam* laceſſiuit conuitiis, quae tandem poena eſt ſecuta, vt Geneuae an. 1553 (3) cremaretur. Vid. haec fuſius narrantes SCHLüSSELBURGIVM l. c. p. 1 ſq. SCHERZERVM in Colleg. Anti-Socinian. pag. 9 ſq. KORTHOLTVM in Hiſtor. Eccleſiaſtic. pag. 785 ſq. HARTMANNVM in Concilior. Illuſtrator. T. IV. pag. 556 ſqq. BOYSENIVM in Hiſtor. Serueti. Witteb. 1712. 4. de la ROCHE in Bibliothec. Anglican. T. II. P. I, vbi eſt etiam Hiſtoria Serueti, ex qua leguntur prolixa & lectu digna excerpta in



(3) Non in Anglia, iuſſu Henrici VIII: neque an 1538, vti legitur in IEREMIAE COLLIER Hiſtor. Eccleſ. Magn. Britann. Vid. Bibliothec. Anglican. & ex ea Biblioth. Nou. Halenſ. Spicileg. IV. p. 308 ſq. Errat etiam ROB. BELLARMINVS, quando in Praefat. Controuerſiae de Chriſto p. 85 annum 1555 ſupplicio Serueti aſſignat, recte idcirco notatus a IO. FABRICIO Hiſt. Biblioth. Fabric. P. II. pag. 108.

Relatt. Innoc. 1717. pag. 941-945. et Bibliot
Nou. Halenſ. P. LXVIII. p. 501-517. M
LISSANTEM in Doct. Hiſtoric. p. 810
Horum aliqui ſi, forſan Serveti mentem, qu
multas multis vocibus peculiares, et ipſi
prias, affinxiſſe notiones, manifeſtum
non in omnibus accurate ceperunt, tam cr
tamen, tam impie, tam inepte haud raro
pſit, vt a nemine ei ſit illata iniuria, qui ipſ
hominibus gravisſime errantibus annume
vit. Videtur in nonnullis conuenire c
Arminianis: ſubordinationem enim in T
nitate haud obſcure nonnunquam profi
tur, noſtramque iuſtitiam tam ex fide, qu
operibus deriuare contendit. Non in om
bus tamen cum hominibus, *Iacobum Ar*
*nium* ducem & anteſignanum agnoſcentib
eum facere, ex re ipſa perſpicuum
Vtrum iuſtum ſit ab eo ſupplicium (qu
praeter multos alios, deſcripſit etiam
ADAM. BERNHARDVS in Hiſtor. Curi
Eruditor. pag. 848 ſqq) ſumtum, fuit d
quiſitum. Iniuſtum dixerunt, praeter G
DOFR. ARNOLDVM, communem illu
pesſimorum haereticorum patronum, HV
GROTIVS, vid. Hartmannus l. c: IER
MIAS FELBINGERVS, vid. Tentzelii D
log. Menſtr. 1698. p. 812 ſq: IO. ANGEL

WE

Digitized by Google

ERDENHAGEN, vid. V. Cl. Petr. Adolph. yſenius l. c. p. 31: ERN. CHRISTIAN. LEINMANNVS, (quem credunt eſſe ippelium) in Appendic. ſcripti, quod vo- itur *Replic an die Hrn. Conſiſtoriales und mtliches Miniſterium zu Weſel.* Am- erd. 1712. 8, vid. Relatt. Innoc. 1712. p. 99, & alii, praeſertim Anti-Trinitarii, eo- mque fautores. Verum quoniam Seruetus n ſolum haereticus fuit, ſed etiam blaſphe- us, illegitima non poteſt dici poena, qua fuit fectus, etſi ideo non probanda ſententia rum Caluinianorum, qui Caluini ſui defen- ndi ergo ſtatuunt, licitum eſſe, haereticos cidere. Leg. etiam B. IO. FRID. MAYE- VS in Diſſertatt. Select. Hamburg. & Kilon. 494. 502 ſq. IO. CALVINVS in Refutat. ror. Serueti, quae eſt in eius Tractatib. heolog. iunctim editis Geneu. 1576. f. p. 816 Addatur THEOD. BEZA in Epiſtol. eol. pag. 8 ad Andream Dudithium ſcri- ns: *Quis te faſcinauit, mi frater? Seruetumne, eſo, qui Dei ſubſtantiam & mutabilem fecit, & um omnium partem eſſe docuit, qui Filii DEi ernitatem negauit, qui naturarum vnionem ſtaticam ſuſtulit, qui ſancti Spiritus hypoſtaſin diuinitatem eſt inficiatus, qui Patrem, Filium, itum ſanctum, Cerberum tricipitem (horreſco refe-*

*referens) toties appellauit, qui animae mortalit*
*aſſeruit, qui veterem Iſraëliticam Eccleſiam i*
*ram porcorum transformauit, qui Moſen ridic*
*impoſtorem fuiſſe ſcripſit, qui catabaptiſmum d*
*dit, qui denique totos annos triginta, & amp*
*Deo viuenti maledixit, quemquam Chriſtia*
*dicere ob religionem exuſtum, ac non poti*
*impietatem indomitam, ob blaſphemias inn*
*rabiles, ad quas vel ipſi diaboli cohorreſcant,*
*tandem poenis affectum? Exuſtus eſt ſane,*
*nimium ſero, qui vtinam nunquam natus fu*
*eſtque ob eam rem & a vicinis & a longi*
*remotis Eccleſiis noſter Magiſtratus optime*
*collaudatus.* CALVINVM tamen m
idcirco reprehendunt. Nam *eum male au*
*ob diram de occidendis haereticis ſententiam*
*procuratum SERVETO apud MagiſtratumG*
*venſem lenti ignis ſupplicium*, obſeruat FAB
CIVS l. c. P. I. pag. 343. Idem P. II. p.
commemorat LAELII SOCINI contra Ca
ni excuſationem an. 1554 publicatum
ptum, eundemque non *Martini Prelli*, vt
GOD. ARNOLDVM legitur, ſed *Mini*
ficto nomine vſum eſſe affirmat.

§. III.

Documenta impietatis Seruetianae
culenta ſunt in libris de Erroribus Trinita
Prodiere hi libri ſine mentione loci (qu
nc

[n]onnulli Argentoratum eſſe putant, alii Baſi[le]am, alii Hagenoam in Alſatia) hac inſcriptio[n]e: *De Trinitatis Erroribus Libri ſeptem. [P]er Michaelem Serueto, alias Reues ab Aragonia Hiſpanum. Anno MDXXXI* (4). 8.

Con-

(4) In Theologi cuiusdam Pontificii Indice MS. Scriptor. Eccleſiaſticor., qui eſt in Bibliotheca Gothana, aſſeritur, Seruetum libros ſuos de Erroribus Trinitatis an. 1532 in lucem emiſiſſe. Vid. meritisſimi Theologi, ERN. SAL. CYPRIANI, Catal. Codd. MSS. Biblioth. Gothan. p. 108 ſq, vbi quaedam ex Indice illo excerpſit. Sed confunduntur *Libri* de Erroribus Trinitatis, cum *Dialogis* de Trinitate. Aliam libri de Trinitate editionem an. 1553 publicatam adducit Sainjorius, ſ. Rich. Simon, Biblioth. Crit. T. I. c. 3. Conf. Relatt. Innoc. 1710. p. 157. Hanc vero non vidi: neque illam, quae in Catal. Biblioth. Mayer. an. 1620 euulgata commemoratur. Vid. p. 718. in 4. n. t. Ni fallor tamen, eſt Verſio huius libri Belgica, a REGNERO TELLIER, Vliſſinga-Zelando, 1620. 4. ſine loci mentione, edita, quae, cum Latinum exemplum accurate ſatis exprimat, conferri omnino meretur. Per editionem an. 1553 publici iuris factam intelligi forſan debet eius *Reſtitutio Chriſtianiſmi*, hoc anno in lucem emiſſa. Nam in illa quoque ſanam de Trinitate doctrinam conculcare, abominandisque Trinitatem conuitiis onerare non erubuit, perrexitque defendere hypotheſin ſuam, qua ſecundam Trinitatis perſonam, ſ. Verbum, interpretatur per Dei Patris manifeſtationem, ſeu modum, quo ſe Deus Pater manifeſtauit. Vid. Biblioth. Brem. loc. citand. Sed nihil ſine αὐτοψίᾳ definire audeo.

Digitized by Google

Conſtant foliis 219, ſiue plagulis 15. Stylo
conſcripti barbaro & incomto. *Pro*
inquit f. 8. a, *ſimpliciſſime volo* : fol. 10 ſq
*cognoſcere vis, an ſuper ſcripturis ſe fundet,*
*vox homo ſuam impoſturam in Biblia ſonet*
*nunc groſſo modo dicamus.* Plures his ſi
floſculi pasſim reperiuntur. Sed faci
poſſet condonari haec ſtyli barbaries, dum
do non ſumma doctrinae barbaries in c
libris offenderetur. Horum enim ſcopu
communem, eandemque veram, & ſancti
codicis auctoritate, tanquam firmisſimo
damento, nitentem de SS. Trinitate doctri
qua Deum eſſentia vnum, ſubſiſtentem i
bus perſonis credimus, penitus euer
quoniam ratione hoc myſterium non p
percipi. Putauit nimirum Seruetus, vni
tantum perſonam ſtatuens, quod qu
trium perſonarum fit mentio, toties tres e
Dii memorentur. *Statim*, inquit fol. 2
*quod de Deo cogitare volumus, ad tria ſimula*
*diuertimur, vt nulla in intellectu remaneat vni*
*ratio.* Confer. f. 33. a, vbi his verbis imp
os ſoluit: *Somnia, quantumcunque velis, d*
*oculos ad phantasmata, & reperies, quod tri*
*non eſt intelligibilis ſine tribus phantaſmatibus,*
*neceſſe eſt intelligentem phantaſmata ſpecul*
*de anima. Immo quaternitatem intellectu c*

*et verbo neges. Nam quatuor habes ſimulachra, quartum eſt circa eſſentiam phantaſma, quia ceſſe intelligendo eſſentiam phantaſmata ſpecula- & viſis his, quae de formatione notitiae alibi icam, clare cognoſces. Et nunc etiam, ſi aduertas, gnoſcere potes, quod tua trinitas nihil aliud eſt, ſi quidam in imaginatiua ſpecierum motus, qui mentatum te tenet.* Perſonas paſſim *res* vo- at. Sic e. c. f. 21. a. ſcribit: *Tertiam rem ſolutam ab aliis duabus vere & realiter diſtin- am adinucnerunt philoſophi, quam tertiam per- nam, ſeu Spiritum ſanctum appellant, & ſic tri- tatem imaginariam, tres res in vna natura ma- inati ſunt. Sed re vera tres res, tres dii, aut nus tripartitus ſub colore & nominibus vnitatis bis inculcantur.* Verae de Chriſto doctrinae daćter contradicit f. 92. b: *Ex his detegitur ritas illius vulgatae ſententiae, qua dicunt, duas turas in Chriſto vnitas facere vnam perſonam vnum filium, quia alia eſt natura Verbi, alia tura carnis, & haec duo ſunt vna perſona, quia rbum caro factum eſt. In qua ſententia tot t errores, quot verba, nec quid ſit perſona in- ligunt, & abutuntur vocabulo, dum de natura rbi ita metaphyſice loquuntur.* Communi- tionem idiomatum ridet f. 10. b. De aeterna neratione non ſine βλασφημία loquitur 2. a, rectisſime ideo caſtigatus a B. SCHER- ZERO

ZERO in Syſtem. Theol. p. 66. Verba Io-
nis: *Omnia per ipſum facta ſunt*, blaſphe-
etiam interpretatur fol. 50. b. hoc mo
*Omnia fecit Deus verbo ſuo, id eſt, prima illa*
*per ſecundam. Prima illa res per ſecundam*
*rabatur, manu capiebat illam tanquam beluam*
*tanquam ſecurim, & cum ea ſcindebat & port.*
*ligna.* De Spiritu Sancto f. 109. b. fate
quod ſit *diuina in hominis ſpiritu agitatio*.
notandum eſſe arbitror, peſſimum homi
in doctrina de Spiritu Sancto omnium ma
me fluctuare, et modo hanc, modo aliam
nionem, ad petulantiſſimi ingenii libitum
ctam, effutire. Praeluſit etiam CHRIST
PHORO SANDIO, Spiritum S. eſſe ge
Angelorum, perinepte ſtatuenti. H
obſcure, praeter alia, iſtud videntur innu
quae f. 86 occurrunt: *Praeterea ſciendum, q*
*ſempiterna ſpiritus Dei diſpoſitio a Verbo ea rat*
*dicitur fuiſſe diſcreta, quia Deus ſpiritu ſuo, a*
*ne a Verbo diſtincta, et agere coepit, et ſe actu*
*decreuit, nec vnquam angelum Dei per ſe ſpiri*
*ſanctum dico, ſed ita vocatur propter inſepar*
*lem ab angelorum miniſterio ſpiritus Dei diſpoſ*
*nem. Nec ſcriptura nominat plures ſpi*
*ſanctos, licet plures ſint miniſtri, omnis enim ſa*
*ficatio ab vno eſt, vnus eſt Dei ſpiritus, qui ha*
*omnibus operatur. Nec Macedoniana illius te*

*ei ſeruitus me impedit, quin angelos dicam miniſtros. Nec aliqua ſeruitus argui poteſt ex hoc, quod Deus vna ſui diſpoſitione ad miniſterium eorum, quae per aliam efficit, peculiariter vti vult: aut ſi ſpiritus ſui perſonam ad ſolum Verbi miniſterium diſtincte ſegregat, angelis ad hoc ſibi ſpiritibus creatis, qui ſunt miniſtri, facientes verbum eius, vt obtemperetur voci verbi eius, Pſal.* 102. *Et qualis eſt reſpectus angelorum ad Chriſtum, talis eſt ſpiritus ad Verbum.* &c. Alibi tamen in aliam ſententiam hominem, qui ſibi minime conſtat, loquentem offendimus. Praeſtantiſſimum de Trinitate oraculum Ioanneum 1 Ep. V. 7. miſere detorquet f. 25. b ſq., licet non pro ſuppoſititio habeat. Ignorauit forſan, quosdam γνησιότητα huius dicti in dubium vocaſſe. Non dubito enim, quin, ſi iſtud ei fuiſſet cognitum, iis dediſſet calculum, qui dictum hoc genuinum eſſe negarunt. Alia βδελύγματα ex his libris legenda dederunt celeberr. Auctores Relatt. innoc. 1712. p. 735 ſqq. Et tamen voluit Seruetus CARPOCRATEM, CERINTHVM, ARIVM, EBIONITAS, PHOTINVM, ac alios haereticos, refutare: voluit prae ſe ferre pietatem: voluit ſacri codicis auctoritatem illaeſam conſeruare. Sed bone Deus! quam frigide, quam inepte, quam impie omnia pertractauit!

## §. IV.

Auxit ſcelus, dum anno ſubſeque
peſſima dogmata ſua roborare & defend
laborauit. Prodierunt enim *Dialogorum*
*de Trinitate libri duo. De Iuſtitia Re*
*Chriſti Capitula quatuor* (6). *Per Michae*
*Seru*

(5) *Dialogi de Trinitate* diuerſi ſunt a *Libris VII de*
*roribus Trinitatis.* Illi his videntur eſſe rariores
quidem *Libri* non raro, *Dialogi* rariſſime citan
Equidem hi illis interdum adhaerent, ſed non ſ
per. Erant enim iam diſtracta aliqua Libror
exempla, cum Dialogi prodirent, quos deinceps
bliopola facile cum Libris ſimul potuit vendere, q
paucioribus conſtabant plagulis, novamque videb
tur continere Serveti rationem receptum de Tr
tate dogma oppugnandi. Ipſe vidi exempla Lib
rum, cum quibus Dialogi non erant coniuncti. V
haud difficulter aſſentior *Serpilio*, Dialogos ra
res Libris pronuncianti.

(6) Primum agit de Iuſtificatione. Cumulat in
multa dicta, Paullina in primis, de iuſtificati
agentia, atque videtur interdum ſatis ſobrie ſcri
re. Sed quoniam falſam de Chriſto hypoth
fouit, haud poterit aliter iudicari, quam anguem
tere in herba. Secundum agit de Regno Chriſt
quo de Euangelio, de ſeruo arbitrio (quod n
modo vult admittere) & aliis rebus diſſerit. Terti
continet collationem Legis & Euangelii. Quart
denique charitatem conſiderat. Non tam malos
hos libros, quam priores, ex lectione eorum di
Interim occurrunt, quae de auctoris ingenio, ſol
ter

*Serueto, alias Reues, ab Aragonia Hiſpanum. Anno* MDXXXII. 8. Pl. 6. Quod mentem non mutauerit, neque ſaniora in iis docuerit, ipſe haud obſcure indicat, dum ita praefatur: *Lectori Salutem. Quae nuper contra receptam de Trinitate ſententiam ſeptem libris ſcripſi, omnia nunc, candide Lector, retracto. Non quia falſa ſint, ſed quia imperfecta, & tanquam a paruulo paruulis ſcripta. Precor tamen, vt ex illis ea teneas, quae ad dicendorum intelligentiam te poterunt iuuare. Quod autem ita barbarus, confuſus & incorrectus prior liber prodierit, imperitiae meae & typographi incuriae adſcribendum eſt. Nec vellem, quod propterea Chriſtianus aliquis offenderetur, cum ſoleat aliquando Deus per ſtulta mundi organa ſuam ſapientiam proferre. Obſerua igitur, obſecro, rem ipſam, nam ſi mentem advertas, non te impedient impedita mea verba. Vale.* Adiiciam duo ex hoc libro loca, luculenter demonſtrantia, quod eandem doctrinam, quam in priori-



rerum Theologicarum notitia minime ſubacto, teſtantur. Sic fol. E. 1. ſq. ſcribit: *Aliqui dicunt, Aegyptiacos Iſraelitas fuiſſe ſpirituales, & nobis in coena domini aequales, quia dicit Paulus, illos eandem eſcam & potum ſpiritualem comediſſe & bibiſſe.* 1. *Cor.* 10. *Et ſic illi carnem Chriſti manducauerunt, ſicut & nos, poſtquam nos nil comedimus, niſi tropos.* fol. E. 6: *Lutherani legem ab euangelio non ſatis diſcernunt.* Plura non addo. Spiritus Seruetianus in hoc etiam ſcripto ſe prodit.

bus libris defendere conatus eſt, hic quo
tueri audeat. Sic pag. A. 5. b. *Semper*, in
*quod lex cognoſcendum Deum nobis proponit,*
*ſonatum eum nobis exhibet, quod nihil aliud*
*niſi Chriſtus, ſimiliter Chriſtus in ſui perſona v*
*Deum docuit. Philoſophi tamen alias de*
*viſiones nobis obtrudunt, & non modo vnum D*
*ſed tres in eo chimaeras intelligere ſe dicunt.* Fi
imponit commentationi ſuae de Trinitat
verbis: *Si poſſes Deum omnino a creaturis ſ*
*rare, facile intelligeres, quomodo, quaſi ad no*
*regionem, Verbum ſuum miſit: quomodo Chr*
*exiuit a Deo, & venit in mundum: quomodo*
*ritus eius ab eo ad nos proficiſcatur. Nam*
*Deus in ſe ipſo inintelligibilis eſt, ita ab omn*
*creaturarum ſubſtantia eſt ſeparatus. Erat in*
*coelo, vnde miſſum eſt verbum eius, & miſſu*
*ſpiritus eius. Itaque cum dicimus Deum, conſ*
*ramus prolatam eius in hoc mundo praeſenti*
*Et, quum dicimus ſpiritum, conſideramus ſpi*
*tem eius in mundo virtutem. Nunc autem*
*ſtantia illa Verbi eſt ſubſtantia carnis Chriſti*
*ſubſtantia illa Spiritus Dei eſt ſubſtantia Spi*
*Chriſti, & in eadem, ſicut olim, exiſtunt nunc di*
*tate & officio, & ſpiritus Verbi factus eſt ſpir*
*carnis Chriſti, ſicut Verbum factum eſt caro,*
*utroque modo ſint dona Chriſti, non ſolum per*
*nem & ſanguinem nos redimentis, ſed etiam*
*ſp*

*piritum ſuum nos viuificantis.* Ex *praedicta tiam conſideratione intelligitur dictum Apoſtoli Heb. 1, quum introducit primogenitum in orbem terrarum. In hunc orbem ab alio orbe introducitur, & a Deo exiens ingreditur, & intrat mundum. Heb. 10. Nec in praedictis miſſionibus Verbi, ſpiritus & Chriſti fuit aliquis localis motus, licet deſcenſus Spiritus ſancti per ſymbolum localis cuiuſdam motus fuit in columba externe deſignatus, vera tamen miſſio & a Deo proceſſio interne fit. Apparet x praedictis, quod Spiritus ſanctus non eſt angelus, ed eius ratione, tanquam externo ſymbolo, dicimus, iſum eſſe Spiritum ſanctum deſcendentem, & oncedimus: hoc eſt Spiritus ſanctus, per tropum uendam, ſicut concedimus, hunc panem eſſe corpus Chriſti. Quia, ſicut per hunc finem inuiſibiliter obis ſe communicat corpus Chriſti, ita in alio per xternum nuncii ſymbolum Dei Spiritus interne iffuſus eſt. Non eſt ergo intelligendum, quod in obis per angelos agat Spiritus ſanctus, licet in lege iuiuſmodi multa per Angelos facta legamus, quae nt vmbra futurorum.* Ex his de reliquis itelligens lector ferre poterit iudicium. trique autem hi SERVETI libelli non facile uemquam decipient. Imperitus lector ropter ſtylum obſcurum, & confuſum tractandi genus, eos non intelligit. Peritus atim videt, nullum adeſſe idoneum argu-

mentum, ſed meras oraculorum diuinor de Trinitate agentium, detorſiones, ine praeſuppoſita, contradictiones, blasphem Mihi ſane argumenta, quibus vtitur SERV TVS, tam infirma, lubrica, abſurda viſa ſi quam falſum eſt iudicium, quod de hoc ho ne, proponere auſo dogmata, quibus om ſanior Theologia laeditur, tulit *Godofre Arnoldus* (7). Hic enim illum, more ha ticis etiam peſſimis familiari, pietatem aliqu ſin

um ex diuerſis opuſculis ſumtis Et priusquam
tera veniamus, libet pauca de his, quae ab exor-
undi ad potentiam Baptismi pertinentia praefi-
a ſunt, ponere, et natiuitatis ſecundae, imo in
o primae digerere ſacramenta, ac deinceps de
is rebus tractare, maxime quia dicitis, vos velle
ſcere, qualiter doceamus et inſtruamus plebem
erdotes.* Ipſum Leidradi de Baptiſmo librum
e licet ap. Mabillon. l.c. pag. 78 ſqq. Satisfecit
AROLO, excepto vnico de Abrenunciatione
oli argumento, quod noua Reſponſione, cui
iſſa ad CAROLVM Epiſtola ipſius pietatis ac
ionis ſtudium vehementisſime laudat, vberius
it Leidradus. Quam Epiſtolam pariter ac
onſionem exhibuit etiam Mabillonius l. c. pag.
. Apud eundem Mabillonium extat l. c. p. 74
AROLI *Epiſtola de Gratia ſeptiformis Spiritus*,
itus ſcilicet ſapientiae, intellectus, conſilii, for-
dinis, ſcientiae, pietatis, timoris Domini. Ad CA-
LVM ſcripſit quoq; THEODVLFVS librum *Teſti-
mo-*

pauca hodie reperiantur rariora, faci
poſſit demonſtrari, quod doctiſſimi qu
viri, licet de eo aliquid audiuerint, nun
tamen iſtud ſint conſpicati, operae forſ
pretium, de eius prima & rariſſima edi

*moniorum de Spiritu Sancto*, quem edidit IAC
SIRMONDVS, qui in Notis ad Theodulfi l
Anonymum de eodem argumento ad CAR
ſcribentem adducit. *Formulam Sacrae Conf*
priſca Germanica lingua, extantem in per
codice MSto, qui continet Gregorii M. Libr
cramentorum, & a Pontifice Hadriano I CA
M. ad petitionem ipſius dono miſſus, primum
PET. LAMBECIVS Commentar. de Biblioth.
Vindobon. L. II. cap. V. pag. 318 ſq; eadem
ROLVM vſum eſſe, minime dubitauit a
Poſt Lambecium eandem Formulam cum
notis euulgauit DIEDERICVS a STADE in
Lection. Antiquar. Francicar. pag. 20 ſqq. T
Formulae huius editionem debemus IO. G
ECCARDO, qui Monument. Catechet. Theot
96 ſqq eam inſeruit. Idem *Incerti Monachi Wei*
*genſis Catecheſin Theotiſcam*, cui primum in
morata Monumenta locum aſſignauit, iti
CAROLI aetatem referendam eſſe cenſuit
erudita ipſius Praefatio §. 3. pag. 10. L
CAROLI pro Eccleſia praecipuos quinque
mum momentis, quae ſunt 1. Diploma Hadri
pae expreſſum, quo ius et poteſtatem eligend
mum Pontificem, et ordinandi ſedem Apoſto
Archiepiſcoporum et Epiſcoporum inueſtitura
ſingulas prouincias Carolo M. concedit. 2. S

in ipſis etiam praeſtantisſimis MICHA- MAITTAIRE Annalibus Typographicis

R 2

acofurtanae contra Iconolatriam decretum. 3. icularе de **Imaginibus**, libris IV comprehenſum. Capitula Eccleſiaſtica abuſibus et erroribus oppo- 5. Additamentum Symboli Nicaeni: FILIO- E, contra errorem de proceſſione Spiritus S. a Patre, incluſit, eademque breui quidem, erudito m commentario illuſtrauit laudatus DOR- EVS in Praefat. de Quinque Carolis Impp., ert. Secul. de Conſequentiis Aug. Conf. inſignio- praemiſſa, pag. 1 ſqq. Quae, et alia, Imperato- tot meritis in rem ſacram illuſtriſſimum ho- centiſſimo *Tutoris* ac *Defenſoris Eccleſiae* titulo ſummo iure inſignitum, docent, lucemque unt verbis EGINHARTI l.c. cap. 26. p.m. 120: *onem Chriſtianam, qua ab infantia fuerat im- ſanctiſſime et cum ſumma pietate ac venera- coluit.* Conf. ALB. CRANTZIVS Saxon. L. II. p.m. 94, vbi CAROLVM de rebus ſacris opti- eritum ſic deſcribit: *Religionis diuinae pluri- li cura fuit: pſallendi legendique officia in eccle- creuit: ipſe ſe choris pſallentium immiſcuit. ſe, vbicunque eſſet, diuinum peragi religioſe cu- officium ac miniſterium: Sermones Patrum, ias Sanctorum, nec minus Martyrologia diligen- quiri atque conſcribi iuſſit.* Et tamen non de- nt, qui nunquam ſatis praedicandis CAROLI m ſacram meritis detrahere auderent, contra et ſpeciatim GODOFREDVM ARNOLDVM, m laudatiſſimo ſtudio ſtrinxit DIECMAN- Script. Germ. P. II. pag. 140 ſqq. De *meritis OLI in ſacrum codicem et ſtudio eius Biblico* da- era infra §. IV ſum commentaturus.

Digitized by Google

phicis ad an. 1482 fruſtra quaeritu
αὐτοψία agere. Annotauit quidem
nonnulla, hic ideo non repetenda, B. I
MANNVS (3), & ea quidem, qua
exemplari, quod ego nunc poſſideo,
alleuerat; ſed pleniori tamen illuſtri
ris recenſioni anſam non praecluſit.
eam impedire potuerunt, quae de eod
virorum doctiſſimorum, IO. ANDR. SC
DII Diſſ. de Lectionar. Oriental. &
Eccleſ. §. 25. ac NICOL. PET. SIBB
Commentat. de Libris Latinor. Eccleſ
61 occurrunt.

§. II.

Multa in primis docet CAROLI
fatio, quae integra idcirco hic exhi
quamuis an. 1699, paucis immutat
ediderit Theologus Kilonienſis prim
celeberrimus D. HENRICVS MVH
(4), a viro quodam Cl. eam, ipſo faten
ctus, cui calculum lubentiſſime do
illam *rarum* κειμήλιον, non poſſum
non ab illo diſſentire in eo, quod cit
no eam adhuc dixerit *Diploma* ἀνέκδο

(3) Script. German. p. 141 ſq. in Nott.

(4) Paraeneſ. de Stud. Prophetic. Vid. Trig
tatt. Academic. de Apodix. Scriptur. Ki
4. pag. 186 ſq.

...m *publice viſum* (5). Sic autem habet editio Spirenſis an. 1482. (6) fol. euul-



...ſertus iam eſt Prologus Karolinus a IO. MABIL-...NIO Vet. Analect. Tom. I. pag. 25. edit. prior. ...editione poſteriori, Pariſ. 1723. fol. pag. 73 ſq ...ur, hac ſubiuncta p. 74 Annotatione: Epiſtolam" ...e viſum eſt edere, vt pote lectu dignam, et" ...ulla continentem, quae multorum, vt puto," ...tiam fugiunt. Etſi enim cum Pauli Diaconi" ...miliario typis edita eſt Spirae apud Petrum" ...ch, iuniorem, anno MCCCCLXXXII, et Co-" ...iae apud Matthaeum Cholinum anno MDLVII," ...en quia rariores ſunt eiusmodi editiones, ope-" ...pretium exiſtimaui hic recudere pretioſum" ...antiquitatis monumentum. Homiliarium hoc" ...lcuino adornatum elimauit, ac in duo volu-" ...diſtribuit Paulus Diaconus, Monachus Caſi-" ...is, vti Carolus in fine Epiſtolae teſtatur. Huc" ...are crediderim *Anſegiſi*, Abbatis Fontanellen-" ...eſtamentum, legantis monaſterio ſuo *Collecta-*" *...duos ſuper anni circulo, Pauli Diaconi volumina*" Inſertae tamen ſunt homiliae quaedam a" ...eris, nempe *Herici*, Monachi Antiſiodorenſis," ...mortuo Paulo floruiſſe conſtat, regnante" ...lo Calvo."

...n 1472, vt eſt ap. LVD. EL. *du* PIN, quem ...ro notauit OVDINVS l. c. col. 1928. Idem ...1930 ſq de duabus aliis editionibus, Baſil. 1516. ...Colon. Agrippin. 1569. fol. quaedam obſeruauit. ...m is editionem pro genuina habet, ne ipſam ...em Spirenſem: Baſileenſem tamen magis, Co-...nienſem maxime interpolatam cenſet. In PETR. LAM-

Digitized by Google

## *Incipit prologus Karoli mag in Omeliarium (7) per totu annum.*

*Karolus dei fretus auxilio rex francorum gobardorum ac patricius romanorum. Re lectoribus noſtre ditioni ſubiectis. Cum vina ſemper domi foriſque (8) clement in bellorum euentibus, ſiue in pacis tranq cuſtodiat, etſi quicquam rependere eius be tenuitas humana non preualet, tamen inaeſtimabilis miſericordie deus noſter, deu ſeruituti benigne approbat voluntates. quia cure nobis eſt, vt eccleſiarum noſtra*

---

LAMBECIVM, editionem Lugdunenſem *primam et antiquiſſimam* eſſe, Comm. de B Vindob. Lib. VIII. p. 160 arbitratum, anim DIECMANNVS l. c. pag. 143. Conf. quae d Homiliarii editionibus (quarum aliquae Carolino carent) obſeruauit GVIL. ERN. TE LIVS Diſſ. de Ritu Lection. Sacrar. §. 52 ſub

(7) *Omelia* pro *Homilia* in medii aeui ſcriptori raro occurrit. Vid. IO. *de* IANVA Catho v. Gemm. Gemmar. h. v. Conf. B. DIEC Gloſſar. Rab. Mauri illuſtr. p. 152. Hinc li tinens Homilias, *Omeliarium*, *Homiliariu* legitur ap. SIGEBERTVM GEMBLACEN Chron. ad A. 807, & plures, *Homiliarius* app Add *du* FRESNE Gloſſar. T. I. col. 753.

(8) *oriſque* ap. Mabillonium, ſine dubio per e typographicum.

*ra ſemper proficiat ſtatus, obliteratam pene rum* (9) *noſtrorum deſidia reparare vigi- ſtudio literarum ſatagimus officinam, & ad ſcenda ſacrorum librorum ſtudia* (10), *no- tiam, quos poſſumus, inuitamus exemplo. que iam pridem vniuerſos veteris ac noui menti libros librariorum imperitia depra- s, deo nos in omnibus adiuuante, exi muſſim cimus. Accenſi preterea venerande me- e Pippini, genitoris noſtri, exempli, qui totas arum eccleſias ſuo ſtudio romane traditionis bus decorauit, nos nihilominus ſolerti eas- curamus intuitu precipuarum inſignire ſerie num. Denique quia ad nocturnale officium ilatas* (11) *quorundam caſſo labore, licet intuitu, minus tamen idonee* (12) *repe- lectiones, quippe que & ſine autorum ſuo- vocabulis eſſent poſite, & infinitis vicio- anfractibus ſcaterent, non ſumus paſſi noſtris s in diuinis lectionibus ſacrorum* (13) *in- nantes perſtrepere ſoloeciſmos, atque earun- lectionum in melius reformare tramitem,*

R 4 *mentem*

*iorum* ap. Muhlium et Mabillonium.
*udia liberalium artium* ap. Muhlium; Mabillo- in margine hanc variantem lectionem notauit.
tatu aeque legit, ac Spirenſis editio.
*pilatas* ap. Muhl.
*idoneo* l. c.
*inter ſacra officia.* l. c.

*mentem intendimus.* *Idque opus* **Paul**
*cono familiari* (14) *noſtro elimandum*
*ximus, ſcilicet vt ſtudioſe catholicorum*
*dicta* (15) *percurrens veluti florentiſſim*
*eorum pratis certos quosque flosculos leg*
*in unum, queque eſſent vtilia, quaſi ſertu*
*ret.* *Qui noſtre celſitudini deuote parere*
*rans, tractatus atque ſermones & omeli*
*diuerſorum catholicorum patrum perleg*
*optima queque decerpens, in duobus volu*
*per totius anni circulum congruentes cuiq*
*vitati diſtincte & absque viciis nobis ob*
*ctiones.* *Quarum omnium textum noſtr*
*citate perpendentes, noſtra etiam autoritat*
*volumina* (18) *conſtabilimus, veſtreque*
*ni in criſti eccleſiis tradimus ad legendu*

*Explicit prologus karoli regis.*

(14) *clientulo* additum reperitur l. c.
(15) Mabillonius in margine hanc variantem lectionem: *tractatus atque ſermones diuerſ tholicorum Patrum.*
(16) *e latiſſimis* ap. Muhl.
(17) *et homelias* ap. Mabillonium. Editio M his vocibus caret.
(18) *volumina* non habet editio Mabilloniana
(19) Apud Muhlium pariter ac Mabillonium Karolino hi ſubiecti ſunt PAVLI DIACONI qui in mea Spirenſi editione non leguntur

Digitized by Google

§. III.

Genuinum CAROLI foetum eſſe hunc ogum, multa haud obſcure euincunt. egie ſane conuenit cum maxima religio- cura, quam religioſiſſimus Imperator in cilio Turonenſi III, ipſius iuſſu an. 813 brato, inſigniter probauit, dum & per ſa- odicis lectionem, & per homilias ſanctio- doctrinam voluit conſeruatam ampli- amque. Canone enim ſecundo prae- tur, *vt omnes epiſcopi ſtudioſe operam diui- dent lectioni; ſanctum Euangelium & Epi- beati Pauli Apoſtoli non ſolum crebro lecti- ſed etiam quantum poſſint, memoriae ſtudeant ndare; ſanctorumque Patrum opuſcula eadem expoſita deuote frequentent. Simi- & de ceteris libris canonicis faciant.* In one autem XVII Homiliae diſertis ver- commendantur: *Viſum eſt vnanimitati e, vt quilibet epiſcopus habeat homilias, con- es neceſſarias admonitiones, quibus ſubiecti antur —— Et vt eaſdem homilias quis- perte transferre ſtudeat in ruſticam Roma-*



PAVLVS DIACONVS:

*ere felix CAROLE Princeps,*
*Munere Chriſti Atque togate*
*Pluribus annis, Arbiter orbis,*
*Luxque, Decusque Dardanidaeque*
*Magne tuorum Gloria gentis.*

*nam linguam* (20), *aut Theotiſcam, qu*
*vs cuncti poſſint intelligere, quae dicant*
Ipſum praeterea Prologi initium o
CAROLVM auctorem. Quod ſi en
Prologus cum aliis Caroli ſcriptis p
ac monumentis conferatur, apparet,
titulum *Regis Francorum & Longobard*
*Patricii Romanorum* (22) alias quoque

(20) *Ruſtica Romana lingua* dicebatur ea, qua quidem erat, ſed multis barbariſmis, tam Gr cis, quam aliis, permixta, & a Francis, ſuam cum Latina confundentibus, magis ſemper m corrupta. Vid. quae eleganter de hac lingu mentatur Cl. IAC. BVRCKHARDVS Com de Lingu. Lat. in German. Fatis P. I. p. 49 ſq. p. 4. Dicebatur alias haec lingua etiam *Pr lis*, et Theotisca ignobilior iudicabatur. Qu haec auſpiciis Carolinis efflorescere incipe hominibus vilioribus et agreſtibus relinque tabatur. Conf. HACHENBERGIVS l. c. D §. 7. pag. 242 ſq. Apponam ſpecimen ex C du FRESNE Praef. Gloſſar. §. 28, vbi, int haec extant Epitaphii verba: *Epitaphium hu tuis lector bone recordationis agati neg membra quiescunt, nam fuit iſte ſtaczo m portus eginis omnebs arts fuit precipue loca rum adſedue et eleemoſinam et orationem ſtu* linguae ruſticitatem ſatis craſſam!

(21) T. IV. Concilior. col. 1024. ſq. edit. Hard

(22) *Patricii Romanorum*, ratione loquendi iſt vſitata, *Praefecti Romanae vrbis* dicebantur. dignitatem Romani, Graecanico imperio & L

rit. Sic Epiſtolam ad Baugulfum, Abbatem

dorum vi liberati, PIPINO, CAROLO M. atque
ROLOMANNO per Stephanum IV, Papam,
dicarunt. Probauit hoc ex variis documentis,
mul de Patriciis ac Patriciatu docte commentatus
du FRESNE in Gloſſar. v. *Patricius*. Obiter
tvo, quod apud HERM. KORNERVM Chron.
437 (T. II. Corp. Hiſt. Med. AEv. Eccard.) pro
re ſumi videatur. *Irene*, ſic fluunt verba, *mater*
*ſtantini Imperatoris, Conſtantinopoli miſit legatos*
*ad Karolum, ſecundum Egghardum, pro pace fir-*
*nda inter Gallos et Graecos. Et Karolus vice ver-*
*miſit Teſſe, Epiſcopum Ambianenſem, et Helinglan-*
*, Comitem, Conſtantinopolim pro eadem cauſa, et*
*poſtularent, Irenen Imperatricem iungi Karolo in*
*rimonio. Quae in hoc conſenſiſſet, niſi eius* Patri-
*eam probibuiſſet praevalens, et Imperium ad*
*rem ſuum Nyceſtrum transferre ſatagens.* CA-
LO καθ' ἐξοχὴν perhonorificum *Patricii Ro-*
*norum* titulum fuiſſe datum, certum eſt. IOAN-
S AVENTINVS Annal. Boior. Lib. IV. p.m.322.
. Ingolſtad. 1554. fol. docet, ſeruari Reginoburgii
eſum adhuc diploma, a CAROLO Coenobio D.
merani datum, cuius initium: *CAROLVS Dei*
*tia Rex Francorum et Longobardorum ac Patricius*
*manorum, donat quaedam Monaſterio D. Heimera-*
*quod ſitum eſt extra muros ciuitatis noſtrae Rega-*
*burgenſium.* etc. Conf. IO. MABILLONIVS
illuſtri de Re Diplomat. opere L. II. c. 3. §. 9. p. 73,
inter alia obſeruat, quod ſolus CAROLVS titu-
*Patricii Romanorum* vſus ſit, cum an. 774. Rex
ngobardorum ſalutatus, praefecturam Vrbis &
cumiacentium regionum ab Hadriano accepiſſet.

Egre-

Digitized by Google

batem Fuldenſem, miſſam (23) auſp
eſt : *Carolus Dei gratia Francorum &*
*bardorum Rex, ac Patricius Romanorum, B*
*ſo Abbati* &c. Plura teſtimonia bre
ſtudio non cumulo. Neque in dubiu
cari debet prologi huius γνησιότης ideo,
Imperatoris nomen per typographum
*lus* ſit expreſſum, cum in genuinis
mentis ſit C adhibitum. Licet enin
rumque Imperatoris nomen per C exp
tur, non ſemper tamen iſtud fieri ſolet.
ANNES MABILLONIVS (24) du
mentionem facit Diplomatum Carolin
autographorum, in quibus non C,
reperitur. IOANNES HERMAN
SCHMINCKIVS (25) conſpiciendu

Egregie hoc argumentum excuſſit IO. FRID
SIVS, in Exercitat. Anti-Baron. III ac IV de
M. Patriciatu Romano, in Athenaeo Heilsbr
habit. et recuſ. Lipſ. 1709. 4. Add. celebe
IO. GEORG. ECCARDVS in Praefat. Origg.
burgo-Auſtriac. p. b. ſq.

(23) Exhibet eam IO. LAVNOIVS in libro d
lis a Carolo M. inſtauratis p. m. 5 ſqq. edit.

(24) l. c. L. II. c. 3. n. 12. p. 75. Conf. L. V.
391, vbi exhibitum Diploma itidem habet
LVS. Eadem eſt ſcribendi ratio in Diplo
Karolinis, quae leguntur l. c. L. VI. p. 512 ſq

(25) Vid. Tabulam, nummos & alia repraeſen
qua elegantiſſimam Eginharti editionem exo

Google

mmum, in cuius vna parte Caroli caprona laurea cinctum, & haec verba: KARLVS IMP. AVG. REX F. ET L: era Templum crucis figura inſignitum, n quod haec verba ſcripta: XPICTIANA GIO. Adde verba argenteis litteris pta baculo in Cimeliarcho Palatino lam aſſeruato, & a MARQVARDO HERO (26) oculis vſurpato:

LVS IMPR. IVSSIT CVBITV̄ ISTV̄ ERE IVXTA MENSVRAM SVAM.

confirmat *Praeceptum Karoli Magni Imris pro Monaſterio Craſſenſi*, quod ex Re Curiae Franciae MS. in Append. Actor. ad calcem Concilior. Galliae Narbo-Pariſ. 1668. 8. edidit STEPHANVS VZIVS, pag. 67 ſq, cuius hoc eſt ini-: *In nomine ſanctae & indiuiduae Tri-. Karolus eiusdem Dei omnipotentis midia Imperator Auguſtus* &c. Quae aut pro ſuppoſitis ſunt habenda, aut nandum, nomen CAROLI etiam per expreſſum.

§. IV.

Maxime memorabilia in hoc Prologo no ſunt verba: *Iam pridem vniuerſos*

(26) V. eius Diſſert. de Statura Caroli M. p. m. 223 in Eginharti Schminckian.

*ſos veteris ac noui inſtrumenti libros li*
*orum imperitia deprauatos examusſin*
*reximus.* Iſthaec facile me commouc
vt eorundem illuſtrandorum cauſa *de*
*tis CAROLI in ſacrum codicem, ſtudioque*
*dem Biblico,* nonnulla in medium affe
Miramur hic merito cum GODOFR. H
TIO l. c. pag. 109, EGINHARTVM
tanti momenti, quae Imperatori ad
mam valere potuiſſet laudem, ſilentio pe
inuoluiſſe. Sane ſi ille, qui rerum Car
rum valde erat conſcius, non tacuiſſet
& indubitata poſſent dici omnia, null
opus foret coniecturis. Alii tamen qua
huc ſpectantia annotarunt. THE
NVS, Chorepiſcopus Trevirenſis, hiſt
fidei & iudicii laude clarus (27), de
Ludewici Imp. ap. PET. PITHOEV
Annal. Francor. pag. 299 inter alia ſc
*Poſtquam diviſi* (Carolus & Ludovicus)
*rant, Dominus Imperator nihil aliud coepit*
*niſi in orationibus & eleemoſynis vacare,*
*bros corrigere. Nam quatuor Euangelia*
*ſti, quae intitulantur nomine Matthaei, M*
*Lucae & Iohannis, in vltimo ante obit*
*diem cum Graecis & Syris optime corre*
IO. AVENTINVS l. c. L. IV. p. m. 37

(27) THEGANVM laudat HECHTIVS l. c. pag. 1

ROLO noſtro *vniuerſos quoque*, ait, *Veteris* *ui Inſtrumenti libros, librariorum imperi-* *ſcorum oſcitantia, interpretum inſcitia, &* *ia temporum deprauatos, ad amuſſim & ve-* *m fontis correxit.* *Extat publicum decre-* *nec ſiuit, vt tanti Imperatoris verbis vtar,* *inis lectionibus, templisque inter ſacra offi-* *conditos ſoloecismos, barbarismosque incon-* *obſtrepere.* Quae verba haud obſcure dunt, AVENTINVM Prologum no- Carolinum inſpexiſſe. Merito autem aeritur, qua in re correctio iſta Biblio- Carolina conſtiterit? Ego, expenſis bus circumſtantiis, vix ac ne vix qui- dubito aſſerere, CAROLVM Biblia La- per ruſticam Romanam linguam vehe- sſime deprauata, emendaſſe, & eo fine, relationem Theganianam, ipſos etiam ac verſiones quasdam, conſuluiſſe, vt ſenſum eo melius inueſtigaret. Hoc um rudibus, qui ipſius erant aetate, tibus committere non poterat. Ho- nim quanta fuerit inſcitia, tum alia aeui ni monumenta docent, tum, quae Mo- Sangallenſis de Geſt. Carol. c. 8. me- prodidit, confirmant. *Glorioſisſimus,* *CAROLVS per totum regnum ſuum ſtudia* *um florere* (28) *conſpiciens, ſed ad ma-* *turi-*

certum, imo plane falſum eſſe, quod tempore CA-

*turitatem Patrum praecedentium non per condolens, & plus quam mortale laboran hanc taediatus vocem erupit: O vtinam rem duodecim clericos ita doctos, omniq pientia ſic perfecte inſtructos, vt fuerunt RONYMVS & AVGVSTINVS!* Vi itaque & intelligens optimus Imperato tus ſanctioris miſeriam, ex inſcitia iſta venientem, eidem mederi diſcupiebat. ſtantur de eius laudatisſima voluntate menta, quibus fidem derogare velle, rarium foret. Sic Capitular. L. I. n. 6 *ſecramus*, ait, *vt* ——— *& ſcholae lege puerorum fiant, Pſalmos, Notas, Cantus, putum, Grammaticam, per ſingula monaſte epiſcopia diſcant; ſed & libros Catholic emendatos habeant, quia ſaepe, dum bene Deum rogare cupiunt, per inemendator male rogant, & pueros veſtros non ſinatis legendo, vel ſcribendo corrumpere, & ſi o Euangelium & Pſalterium & Miſſale ſcribe fectae aetatis homines ſcribant cum omni d tia.* Non minus ſalubri conſilio ad Baugu Abbatem Fuldenſem, inter alia ſcripſit

CAROLI in omnibus prouinciis, ipſi ſu litterae floruerint, contra Monachum Sangal recte monet IO. LAVNOIVS de Schol. a M. inſtaurat. p. m. 20. editionis, quam exce ſimo Fabricio debemus.

(29) Integram CAROLI Epiſtolam legere li LAVNOIVM l. c. p. 5. ſqq.

*nobis in his annis a nonnullis monaſterii ſcripta dirigerentur, in quibus quod pro fratres ibidem commorantes in ſacris & piis ibus decertarent, ſignificaretur, cognouimus iisque praefatis conſcriptionibus eorundem us rectos & ſermones incultos, quia quod otio interius fideliter dictabat, hoc exterius negligentiam diſcendi lingua inerudita ere ſine reprehenſione non valebat. Vnde eſt, vt timere inciperemus, ne forte minor quam recte eſſe debuiſſet, in eis ſanctarum urarum ad intelligendum ſapientia: et bene s omnes, quamuis periculoſi ſint errores um, multo periculoſiores ſunt errores ſen- Quamobrem hortamur vos, litterarum non negligere, verum etiam humillima & ecita intentione ad hoc certatim diſcere, vt & rectius diuinarum Scripturarum my- valeatis penetrare. Cum autem in ſacris ſchemata, tropi, & caetera his ſimilia in- ueniantur, nulli dictum eſt, quod ea vnus- legens tanto citius ſpiritualiter intelligit, prius in litterarum magiſterio plenius in- fuerit. Tales vero ad hoc opus viri eli- qui & voluntatem & poſſibilitatem di- & deſiderium habeant alios inſtruendi.*

itaque linguae ruſticitatem aegre fer- ROLVS, infra ſuam non videtur pu- ELENII *Select. Litter.*) S taſſe

taſſe dignitatem, eidem mederi, praeſ
quum ſubſidiis ad hanc rem neceſſariis
inſtructus. Etenim, teſte EGINHA
cap. 25. p. m. 116, *erat eloquentia copi*
*exuberans, poteratque, quicquid vellet, aper*
*exprimere. Nec patrio tantum ſermone c*
*tus, ſed etiam peregrinis linguis ediſcendi*
*ram impendit, in quibus* **Latinam** *ita d*
*vt aeque illa ac patria lingua orare ſit ſ*
**Graecam** *vero melius intelligere, qua*
*nuntiare poterat.* Eiusmodi codex a C
LO correctus forſan hodieque ſupere
Tiguri in Bibliotheca Carolina aſſer
Aiunt enim, CAROLVM Bibliotheca
gurinam *Bibliis*, eidem donatis, a
Meminit eorundem IO. HENR. HE
GERVS, in Schola Tigurina quonda
feſſor, in Enchirid. Biblic. L. I. c. 1. §. 6
4 ſq his verbis: *Codex antiquus, qui in*
*theca noſtra Carolina ſeruatur, ab ipſo CA*
*M., vti fertur, illatus, etſi Capita nonnulla*
*ab hodiernis tamen plurimum diſtant, vtp*
*viora longe, & Capitulis, quam Capitibus*
*ra.* De eodem haud dubie codice ſi
telligenda eiusdem HEIDEGGERI ve
L. III. c. 1. §. 6. p. m. 434: *Codex Bibli*
*noſtrae Carolinae elegantisſimus, & annis*
*gentis vetuſtior, S. Matthaeum in capita*

Digitized by Google

*um in* 6, *Apocalypſin in* 30, *&c. ſecat.*
icere etiam licebit, ad labores CAROLI
cos pertinere *Suſpiria piae animae ſecun-*
*Pſalmorum ductum & ordinem*, quae, ante
s circiter nongentos conſcripta, codex
othecae Tigurinae membranaceus, ſae-
nono iisdem plane characteribus, qui-
modo memorata Carolina Biblia, exara-
complectitur, & primum a THEOD.
AEO Biblioth. Bremenſ. Cl. VI. Faſc.
p. 687—715 ſunt euulgata. Κειμήλιον
publici iuris factum iuſtis rariorum mo-
entorum aeſtimatoribus non potuit non
o gratius, quo illuſtrius eſt hoc pietatis
mentum, in quo perpauca modo ſunt;
ſuperſtitionem, qua iſta laborabat aetas;
eant. Pſalmo CXIII iſthaec fuere ſub-
a: *Ineffabile nomen Trinitatis, DEVS;*
*uenta Iordanis aſpectu tui luminis terrui-*
*eſta, vt quos ablutos ſacro baptiſmate re-*
*i, nunquam patiaris a vetitis ſimulacro-*
*olis maculari.* Nonne vero hoc ſuſpiri-
animum noſtrum ad Carolinam vel
am, quae contra turpem imaginum
m fortisſime pugnauit, vel aetatem ſal-
quo in Francofurtenſi Concilio εἰκονο-
εία magno ardore reiecta, facile perdu-
Quemadmodum vero labor CAROLI



Digitized by Google

in emendandis Bibliis Latinis probe fuit
ſatus, ita vix licebit dubitare, qui
etiam *Bibliorum Theotiſcorum* rationem
buerit. Vſos fuiſſe Germanos iam ant
rolina tempora ſanctioris voluminis i
pretatione, ex EVSEBII, CHRYSOST
& aliorum, teſtimoniis de Scripturis in o
vm fere gentium, *Scytharum* quoque,
guas conuerſis, colligit B. IO. F
MAYERVS in Diſſert. de Antiquiſſ.
manic. S. Script. Verſ., ad calcem Hiſt.
German. Biblior. Luther. pag. 140.
Commemorabile in primis eſt teſtimo
THEODORETI Ελλην. Παθημ. Θ
p. m. 81. ed. Sylburg: Ημεῖς τῶν ἀπ
κῶν καὶ προφητικῶν δογμάτων τὸ κ
ἐναργῶς ἐπιδείκνυμεν. πᾶσα γὰρ ἡ ὑφ
τῶνδε τῶν λόγων ἀνάπλεως. καὶ ἡ Ε
φωνὴ οὐ μόνον εἰς τὴν τῶν Ἑλλήνων
ἐβλήθη, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν τῶν Ρωμαί
Αἰγυπτίων καὶ Περσῶν καὶ Ινδῶν καὶ
νίων καὶ Σκυθῶν καὶ Σαυροματῶν, καὶ συλλ
εἰπεῖν, εἰς πάσας τὰς γλώττας, αἷς ἅ
τὰ ἔθνη κεχρημένα διατελεῖ. i. e. int
te ZENOBIO ACCIAOLO: *No*
*Apoſtolicae Propheticaeque doctrinae in*
*ſtum robur manifeſte oſtendimus. Vniuerſ*

*terrae, quantacunque ſoli ſubiicitur, eius verborum plena iam eſt. Hebraici vero on modo in Graecum idioma conuerſi ſunt, Romanam quoque linguam, Aegyptiam, Per- Indicam, Armenicamque, & Scythicam, at- e Sauromaticam; ſemelque ut dicam, in omnes, quibus ad hanc diem nationes* r. Sane niſi res ita ſe haberet, THEO- ETVS ex hoc capite pro veritate reli- Chriſtianae contra Graecos non pu- t. Inde ergo ad Theotiſcam quoque nem haud inepte concludetur. Lau- MAYERVS l. c. pag. 149 ſq. idem ex no ſtudio propagandi religionem ianam arguit. *Si maxime nullus*, ait, *toribus* (30) *memoriae prodidiſſet, CA- M. temporibus ſacros libros in Germa- ſermonem translatos fuiſſe, tamen hoc poſſemus colligere ex mirifico optimi Im- is ſtudio in res ſacras, & Scripturam po- m, ex cura ipſius operaque, qua anniſus eſt,*



rerum ingenue fateri licet, ſcriptores data ope- CAROLO agentes, & antiquiores quidem, Bibliorum Theotiscorum, quae aevo Caro- extiterint, faciunt mentionem. Ii enim, quos IO. HENR. HOTTINGERVS Bibliothecar. ripart. p. 146, ſunt recentiores. Conf. MAYE- l. c. p. 150 ſq. Res tamen non poteſt pro incer- beri, quam circumſtantiarum in annalibus oc- ntium iuſta conſideratio corroborat.

Digitized by Google

*Chriſtianae potius religionis, quam proprii fines, quantum poſſet, latisſime propagare, cum etiam felicibus auſpiciis in Germania f… num ad inſtituendos confirmandosque neop… credibile eſt, eum rem tantam, tam vtilem, que neceſſariam omiſiſſe, nec fontes religion… pidis hauriendi Germanis recens ad Chr… conuerſis aperiri curaſſe, & ſaltem aliquos, … omnes, ſacrae Scripturae libros in Theot… iuſſiſſe transferri ſermonem?* &c. Imo … qua ratione potuiſſent, ſi non aevo Car… Ludoviciano tamen, OTFRIDI Theo… Euangeliorum Paraphraſis, TATIANI … Harmoniae Euangelicae Verſio Theotiſca… RABANI MAVRI Gloſſarium Theot…

(31) TATIANI nomen, quod vulgo, in edition… Paltheniana, prae ſe fert, mentiri hoc ſcr… AMMONIO potius tribuendum, viri docti … varunt. Vid. B. DIECMANNI Προθυρ. G… Maur. illuſtr. p. 7 ſq.

(32) IO. PHIL. PALTHENIVS in Praefat. … praefixa pag. 5: *De aetate Interpretis Theotiſc… rate ſtatui vix poteſt. VVLCANIVS certe … Teutonica lingua ſcriptum antiquius dari ſtatu… quod citra iniuriam OTFRIDI dictum interpr… quo VVLCANIO non videtur innotuiſſe, qu… coaeuum ſaltem noſtro ex mente haud dubie … amicisſimus facit VLITIVS. Quin octaui ve… ſaeculi is foetus ſit, nemo harum rerum peritus … dubitabit.*

iuerſa Biblia, & alia monumenta Biblico-
tiſca adornari, ſi iſto tempore ſacer co-
nondum fuiſſet in linguam Teutonicam
latus? Idem luculentisſime docet Poeta
, qui, imperante Ludouico, tabulas di-
ores metri legibus adſtrinxit. Apparet
d ex Praefamine operi iſti praefixo, quod
uum ab ANDREA du CHESNE, dein-
a celeberr. ECCARDO in eruditis No-
d AGII (33), Vitam Hathumodae, Ab-
ſae Gandershemenſis primae, in Veterum
umentorum Quaternion., Lipſ. 1720.
ag. 41 editum, hic quoque legi mere-
Ita vero habet:

*tio in Librum antiquum lingua Saxonica ſcriptum.*

plurimas Reipublicae vtilitates HLV-"
VICVS, piisſimus Auguſtus, ſummo"

S 4 atque

GIVM eſſe WICBERTVM, Epiſcopum Hildes-
nſem, ingenioſe euincere ſtudet *ECCARDVS*
ott. p. 27. Notum eſt, ait, inferioris aevi ru-"
oribus, eruditos ſaeculi praeſertim noni ple-"
que nomina Germanica, quae habebant, in La-"
aut Graeca mutaſſe. Rabanus *Maurus*, Arno"
*la*, Riculfus *Damoeta*, Ratbertus *Paſcaſius*,"
*Arſenius*, Wulfinus *Boëthius*, Welfo *Bonifa-*"
, Ota *Benedicta*, Blitrudis *Caecilia*, & ſic porro,"
bantur. *Wicberti* porro nomen in *Wibo* vel"
vulgo contrahebatur. *Wih* vero, nobis iam"
ibe, denotat *ſanctum*, Gr. ἅγιον.

"atque praeclaro ingenio prudenter ſt
"atque ordinare contendat, maxime
"quod ad ſacroſanctam religionem,
"namque animarum ſalubritatem a
"ſtudioſus ac deuotus eſſe comprobatu
"quotidie ſollicite tractans, vt populu
"a Deo ſubiectum ſapienter inſtruen
"potiora atque excellentiora ſemper acc
"& nociua quaeque atque ſuperſtitioſa
"primendo compeſcat. In talibus erg
"diis ſuis iugiter beneuolus verſatur a
"talibus delectamentis paſcitur, vt n
"ſemper augendo multiplicet, & deteri
"tando extinguat. Verum, ſicut in a
"numerabilibus infirmioribusque reb
"comprobari poteſt affectus, ita quo
"hoc magno opuſculo ſua non medi
"commendabatur beneuolentia. Na
"diuinorum librorum ſolummodo l
"atque eruditi prius notitiam haberen
"ſtudio atque Imperii tempore, ſe
"omnipotentia atque inchoantia, mir
"actum eſt nuper, vt cunctus popul
"ditioni ſubditus, Theudiſca loquens l
"eiuſdem diuinae lectionis nihilomin
"tionem acceperit. Praecepit namqu
"dam vno de gente Saxonum, qui apu
"non ignobilis vates habebatur, vt v
"*nouum Teſtamentum in Germanicam l*

ſe *transferre* ſtuderet : quatenus non"
m litteratis, verum etiam illiteratis ſacra"
norum praeceptorum lectio pendere."
Qui iuſſis Imperialibus libenter ob-"
perans, nimirum eo facilius, quo deſu-"
admonitus eſt prius, ad tam difficile,"
que arduum ſe ſtatim contulit opus:"
ns tamen confidens de adiutorio obtem-"
ntiae, quam de ſuae ingenio paruitatis."
ur a mundi creatione initium capiens,"
a hiſtoriae veritatem quaeque excel-"
ora ſummatim decerpens, & interdum"
dam, vbi commodum duxit, myſtico"
depingens, ad finem totius veteris ac"
Teſtamenti, interpretando more poëti-"
tis faceta eloquentia perduxit. Quod"
tam lucide tamque eleganter iuxta"
na illius linguae compoſuit, vt audien-"
ac intelligentibus non minimam ſui"
ris dulcedinem praeſtet. Iuxta morem
illius Poëmatis omne opus per *Vitteas*"
diſtinxit, quas nos *Lectiones*, vel *Sen-*"
r poſſumus appellare." Inde ſole cla-
elucere exiſtimo, tempore Ludouici co-
n ſanctiorem in metrum Teutonicum
S 5 fuiſſe

*Vittea*, vox a Gloſſariorum conditoribus omiſſa, Anglo-Saxonico *Witte*, i. e. *intellectus*, apte de-ratur ab *ECCARDO* l. c. pag. 42. Vt adeo *Vittea* m ſit ac *Stropha*.

Digitized by Google

fuiſſe transfuſum. Haec autem metap
rhythmica Verſionem Theotiscam anti
rem, ex qua confecta, praeſupponit.
gmentum eiusmodi Verſionis, ab o
Benedictini ornamento, PEZIO,
ptum, exhibuit ECCARDVS l. c. pa
Redditum illo eſt *Matth. XII.* 40 ſqq
tiſca lingua, cuius quae fuerit conditi
intelligatur, Fragmentum illud e libro
non omnium teritur manibus, hic qu
ſiſtere iuuabit. Sic autem Latina ver
regione poſita, Theotiſce fuit expreſſa

| | |
|---|---|
| Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, et tribus noctibus; ſic erit Filius hominis in corde terrae tribus diebus et tribus noctibus. | *Sa ſelb auh, ſo uuas in uuales u dri taga, enti drio ſo ſcal uueſan m ſunu in haerda h dri taga enti naht.* |
| Viri Niniuitae ſurgent in iudicio cum generatione iſta, et condemnabunt eam: quia poenitentiam egerunt in praedicatione Ionae. Et ecce plus, quam Ionas, hic. | *Dea Ninevetis man arriſant in to ge, mit desemo c enti gani darrent huuanta ſie iro br worahtun, ſo ſie lerta. Enti ſe hea ro, danne Iona.* |

Re

egina auſtri ſur-
n iudicio cum ge-
tione iſta, et con-
nabit eam: quia
it a finibus terrae
re ſapientiam Sa-
onis, et ecce plus
m Salomon hic.
m autem immun-
ſpiritus exierit ab
ine, ambulat per
aridi, quaerens re-
m, et non inuenit.
unc dicit: Reuer-
domum meam,
exiui. Et veni-
inuenit eam va-
em, ſcopis mun-
m et ornatam.
nc vadit et aſſu-
ptem alios ſpiri-
cum nequiores
intrantes habi-
bi: et fiunt no-
a hominis illius
prioribus. Sic
t generationi
peſſimae.

*Cunincgin ſundan arriſit in tom tage mit diſemo man chunne, enti ganidrit daz, huuanta ſiu quam fon entum lantes hrorrem uuistom Salomones, enti ſee hear mero danne Salomon.*

*So auch daer unhreino gheiſt uz argen git fona manne, ferit after durrem ſtetun ſuchhit roa, enti ni findet.*

*Danne quuidit ih huuir fu in mim hus danan ih uzfuor, enti gubomann findit ital hus besmon gacherit enti gaſconit.*

*Danne gengit enti gahalot ſibuni andre gheiſta mitnno uuir ſirun danne aer enti ingante artont dar enti uuerdant dea aftrun des mannes argorun dem erirom ſo ſcal uueſan deſemo man chunne argoſtin.*

Adbuc

Digitized by Google

| | |
|---|---|
| Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius et fratres ſtabant foris, quaerentes loqui ei. | *In nan diu ſprah za dem fol ſun muoter, enti b ſtountun uze ſunga ſprahhi.* |
| Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua et fratres tui foris ſtant, quaerentes te. | *Quuat nno huuelih. See d ter enti bruoder ſ uze ſuohhent di* |
| At ipſe reſpondens dicenti ſibi, ait: Quae eſt mater mea, et qui ſunt fratres mei? | *Enti aer a demo zauno z ſprah, quad. B. H mun muoter, ent ſintun mine bru* |
| Et extendens manum in diſcipulos ſuos, dixit: Ecce mater mea, et fratres mei. | *Enti rehbita ſ ubar ſine iungiru See mim muot mine bruoder.* |
| Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in coelis eſt, ipſe meus frater, et ſoror, et mater eſt. | *So huuerſo a nuſt uuillum uur nes fater, der in h iſt, der iſt mim b enti ſueſter iob* |
| In illo die exiens Jeſus de domo ſedebat ſecus mare. | *In demo ta Jeſus uz ſona b bi ſeuue.* |

Cernere hinc licet linguae Theo
qua nono ſaeculo Biblia fuerunt lecta

Addo rebus aeui Carolini Biblicis, in *Fragmento Breuiarii Rerum Fiſcalium* LI M., ex codice MS. vetuſtiſſimo Hel-dienſi deſcripto, et Collectan. Etymolo-ibnitian. pag. 316 ſqq inſerto, offendun- Scilicet in citato Fragmento memoriae um eſt, inuentum eſſe in inſula, quae *ſere* nuncupatur, Templum in hono- S. Michaëlis exſtructum, inque eodem s res, ſacras pariter ac alias, repertas, haud dubie in fiſcum, vt vulgo loqui s, CAROLI peruenerunt. In his fuere Biblici et Eccleſiaſtici, quibus omnium c delectatum eſſe Imperatorem religio-m, non eſt dubium. Hic vero inuen- librorum catalogus pag. 317 ſq datur: *De libris.* Liber eptaticum (35) Moyſi," r Ioſuae, et liber Judicum et Ruth, et" egum IIII, et libri paralipomenon II," volumine: liber pſalmorum Dauid," parabolae Salomonis, et liber Eccle-" et liber canticum canticorum, et liber" iae, et liber Jeſu filii Sirach, et liber Job," et"

*Pentateucho* LEIBNITIVS l. c: ex *Heptateucho* MANNVS Gloſſar. Maur. Illuſtr. pag. 159 cor- m exiſtimat. De Heptateucho, quem corrupte *aticum*, vel *Eptaticum* dixerunt, Eccleſiae La- SPELMANNVS atque du FRESNE in Gloſſa- conſulendi.

et liber Tobi, et liber Judith, et liber Eſt
libri duo Machabaeorum in vno volum
Libri XII prophetarum, et libri Hesdrae
in vno volumine: Liber actuum Apoſt
rum, et liber Epiſtolarum Pauli, et libri
Epiſtolarum Canonicarum (36), et l
Apocalypſis, in vno volumine. Liber Le
narius, tabulas laminis cuprinis deau
habens paratas I. Liber Omeliarum di
ſorum auctorum I. Liber B. Gregorii q
draginta Omeliarum I. Libri Sacramento
III. Libri lectionarii II. Liber Canonum
cerptus I. Liber, expoſitio Pſalmorum
auctore I. Liber quatuor Euangeliorum
tuſtus I. Libri antifonarii II. Liber Comm
tarii Hieronymi in Matthaeum I. L
Regulae S. Benedicti I."

Theſaurum itaque accepit Imp
quem eo maiori in pretio non potu
habere, quo magis ipſi in deliciis fueru
vinae litterae, quove praeclarius de iisd
promeritus, quod ſane ad immortalem e
laudem ac gloriam. Sed redeo ad Pro
CAROLI, Homiliario praefixum.

§. V.

Docet ille porro verum Homiliari
Patrum ſcriptis electorem. Hunc viri
o

(36) *Catholicarum* forſan.

ıri nominis, qui ob ſummam Homiliarii
lini raritatem ſine αὐτοψία videntur
iſſe, *Alcuinum*, Caroli praeceptorem,
unt. GESNERVM, SIXTVM SE-
SEM, POSSEVINVM, PITSEVM,
REAM DV CHESNE et BARTHIVM
co DIECMANNVS (37) iam notauit.
i ratione GODOFR. WEGNERVS (38),
LOMEIERVS (39), IO. HORNBEC-
S (40), & plures, impegiſſe deprehen-
ur. Neque ſe probat GEORGIVS
IXTVS, verum quidem Homiliarii col-
rem, vt vulgo vocant, nominans, ſed de
ipſo minus recte iudicans his ver-
1): PAVLI *opera diebus dominicis & feſtis*
*x euangeliis & epiſtolis lectiones, quae ho-*
*vſurpantur, adſignaſſe* (Carolus M.) *fer-*
Non enim Carolus Pericopas Euange-
licas

c. pag. 141.
iſp. Theol. de Poſtill. Eccleſiaſtic. pag. 4.
Lib. de Bibliothecis c. 7. p. m. 114. ap. I. A.
idium Collect. III. de Bibliothecc.
iſt. Sacr. L. I. c. 8. §. 3. qu. 3. Verba eius de-
tiam IO. HENR. THAMERVS in Sched.
Orig. ac Dignit. Pericopar. Euang. & Epiſtolic.
23 ſq. Idem Thamerus plus vice ſimplici Ho-
arii Carolini meminit, ſed ita, vt lector facile
t dubitare, an hunc rariſſime obuium librum
erit.
pparat. Theolog. p. 128.

licas & Epiſtolicas, Carolina aetate
antiquiores (42), ſeligendas, ſed ex P
ſcriptis praecipuas Homilias, Perico
interpretes, excerpendas curauit. C
mum Prologus Carolinus ſuppeditat
mentum, non Alcuinum, ſed *Pa*
gente Longobardum, Warnefridi
***Diaconum***, ex multorum ſen
Aquilegienſem, *propter ſcientiam*
*rum*, teſte Sigeberto de Script. Eccleſ.
*a Carolo M., Imperatore, adſcitum*, ex
Patrum ſermonibus Homiliarium pe
Quo opere, vt alia eius in litteras, p
tim hiſtoricas, merita non attinga

(42) Vid. quae de diſcrimine Homiliarii ac P
rum egregie ex fontibus obſeruauit Vir pe
in ſtudium praeſertim hiſtoricum, meritis
SIM. FRID. HAHNIVS, Reichs-Hiſtorie
82 ſq. Conferri hic etiam merentur IOAC
DEBRANDVS Diſſ. de Veter. Concionib. ca
16. 36. atque beatus auus meus, ANTONIV
MANNVS, in Parallelis Heortologicis,
editis, pag. 17. & in primis pag. 425 ſqq, vb
contra eos diſputat, qui Pericopas, dudum
rolum ordinatas, cum Homiliis Patrum,
Carolinis collectis, confundunt.

(43) Leg. GER. IO. VOSSIVS de Hiſtoric.
II. c. 30. p. 92 ſq. T. IV. Opp. GVIL. CA
Lit. Scr. Eccl. P. I. pag. 347 ſq. CASIMIR

ꝛetu iſtorum temporum ſanctiori non
eſt meritus. Acri quidem hac cenſura
ꝛo eum, aeque ac CAROLVM, excepit
SIX-

§ Comment. de Script. Eccl. T. I. col. 1923 ſqq,
ſtudet etiam *Leonis Oſtienſis* aniles, vt vocat, fa-
bas de Paulo noſtro refutare. Communi quoque
.1927 contradicit ſententiae, qua ſtatuitur, eum
ſſe Diaconum Aquileienſem. Inter alia narra-
nem de Paulo in exilium acto col. 1931 ſq ſic re-
it: Falſum prorſus mihi videtur, atque deliriis"
nachorum ſimile, quod nonnulli ſcribunt, Pau-"
veniſſe in ſuſpicionem Caroli Magni, ob ni-"
m cum Deſiderio, Longobardorum Rege, neceſ-"
dinem amicitiae, frequensque Epiſtolarum com-"
cium: atque hanc ob cauſam deportatum iuſſu"
in exilium ad inſulam Diomedeam, Adriatici"
n. Hoc, inquam, falſum & fabuloſum prorſus"
tur, imo iuxta rationem temporis impoſſibile,"
, vt ſcriptum legitur, Deſiderius modico poſt"
itatem tempore, quae anno 774 contigit, fa-"
manis ceſſit. At Paulus Warnefridus vsque"
num 797, quo *Homiliarium* iuſſu Caroli Ma-"
compoſuit, & vltra forſan, in eius beneuolen-"
gratia extitit. Non ergo a Carolo Magno in"
um deportari iuſſus eſt, ob frequentius et ſu-"
um cum Rege Longobardorum, Deſiderio,"
rum commercium, qui multis iam ab annis"
ceſſerat. Praeterea Carolus Rex abſurdus"
no, hebes & inops conſilii fuiſſet, ſi Paulum"
cta cum Deſiderio, Longobardorum Rege,"
dudine & amicitia laborantem, in inſulam"
deam maris Adriatici relegaſſet, vbi cum eius"
ibus & poſteris, facilius quam antea, commer-"
cium"

SIXTINVS AMAMA (44), *Olim,ſc in maioribus eccleſiis ſemel quotannis Biblia a capite ad calcem praelegebantur vitque laudabilis illa conſuetudo ad ann Chriſti 808. Tunc enim PAVLVS W FRIDVS, Caroli Magni iuſſu, textus do ex epiſtolis & euangeliis excerpſit iudi nullo, vt eorum quidam nec caudam, habeant. Hac ergo occaſione factum eſ tantum Scripturae fragmenta populo prae expoſita ſint. Ipſis miniſtris mollem lectum hoc compendio adornauit Satana toſque e populo in eam traxit ſententia fragmentis vniuerſam Scripturam conti ſeruatum autem eſt a viris cordatis, in annum 4 eclipſes incidiſſe, ac inde n coniectatum, Deum iſtis luminarium obſc bus de tenebris eccleſiae imminentibus concionari.* Sed grauis haec accuſati ſitatis & iniquitatis & ſuperſtitionis poteſt accuſari. Falſum eſt, Paulum,

cium exercere, & proditionem fouere p Locus ergo exilii, quo deportatus dicitur lam aperte prodit. Vnde ſuſpicamur, alia de cauſa Paulum Galliam reliquiſſe, deſideri pe quietis internae, atque propenſione in dinem montis Casſini.

(44) Orat. de Barbarie, in Antibarb. Biblic. f. ipſius habet etiam G. M. KOENIGIVS V. & N. p. 863.

LO, ſic dictos Textus excerpſiſſe, vti
te monitum. Iniquum eſt, ſibi velle
dere, CAROLVM eo fine Pauli opera
ſum, vt ſacer codex detrimenti quid
ur. Repugnat ſane, & valde repugnat,
LI religio, ac intenſiſſimus erga diuina
integre pro virili conſeruanda, amor.
tem iſtorum temporum eiusmodi li-
flagitabat. *Bedae enim*, inquit rectiſſi-
s) B. IO. HERM. ELSWICHIVS
praematurum obitum acerbe mecum
omnes, qui norunt, quantum per ipſius
bonis litteris, & ſpeciatim ſacris, ſit
n), *atque Caroli M. tempore ſumma vbique
s regnabat, cui depellendae intentus in
rat Carolus. Quare laudem potius, quam
um, meretur opera, quam conficiendis
tum quidem impenderunt. Praeſtabat
qualeſcunque, quam nullas, habere peri-
explicationes, ex quarum recitationibus
udis plebecula poſſit.* Quod ſi vero iſta
ate pericopas, Patrum homiliis expoſi-
nulli minus recte vſurparunt, idcirco
LVS, aeque ac Paulus, non magis pos-
ehendi, quam ii merentur vituperari,
ieque Homilias euulgant, non vt quis
iuſtum & aequum iis vtatur, ſed vt

T 2 eaedem

mentat. de Reliq. Papat. Eccl. Luther. temere
pag. 244.

eaedem inſeruiant illis, qui rudes ſu
ipſi verum diuinorum oraculorum
poſſunt rite inueſtigare. Superſtitio
nique redolet eclipſium naturalium
rituali interpretatio. Quae enim con
tia? Oritur eclipſis ex cauſis natura
motu, quem ipſe Creator coeleſtibu
ribus indidit. Ergo res ſacra patietur
Talpa eſſet caecior, qui in eiusmodi ar
tatione iudicii eclipſin non cerneret.
benignius huius Homiliarii ergo de
LO iudicauit famoſus ille GODOF
ARNOLDVS, contra cuius calumn
optimus Imperator iam ſit a ſaepius
DIECMANNO l. c. praeclare vin
actum non agam.

§. VI.

*Auctores Homiliarum*, in noſtro H
rio, dierum feſtorum ordine, exhibita
excellentiſſimi doctores, quibus olim
fuit gauiſa. Sub ipſum Homiliarii
ſtatim poſt Prologum CAROLI, legit
commendatio, in qua honoris cauſa
nominantur: *Opus preclarum omnium o*
*& poſtillarum venerabilium ac egregior*
*rum*, ***gregorii, auguſtini, hier***
***ambroſii, bede, berici, leonis, m***

*nis epi*, *atque* ***origenis*** *integraliter* *uangelia dominicalia de tempore & de* *per totius anni circulum, cum quibusdam* *em ſparſim interpoſitis ſermonibus, hinc inde* *is collectis & coaptatis temporibus, in par-* *malem ac eſtiualem diuiſum.* Sed non-omnes Homiliarum auctores ſunt no-i. SIXTVS SENENSIS (46) vti t, dum ALCVINO, ſiue ALBINO, hanc ionem tribuit, ita etiam Homiliarum auctores, neque numerum, ſecundum n editionem, accurate indicauit. inquit, & *in ordinem redegit iuſſu Caroli* *praeſtantiſſimorum eccleſiae doctorum ho-* *n euangelia, quae per anni ambitum publice* *lis leguntur. Sunt autem hae* ***Auguſtini*** *II*: ***Hieronymi*** *VI*: ***Ambroſii*** *X*: *ii I* (47): ***Fulgentii*** *II* (48): *nis IV*: ***Maximi*** *XVII*: ***Chry-*** *i II*: ***Seueriani*** *I*: ***Leonis*** *XXI*: *rii XXXIX*: ***Bedae*** *XLVIII*:

T 3 *Iſido-*

ioth. Sanct. L. III. p. m. 363, ed. Venet. 1575. 4.
*ll. S. Euang. ſec. Matth. X: In illo tempore dixit* *diſcipulis ſuis: Nolite arbitrari, quod venerim* *mittere in terram*, etc.
*mo de Confeſſoribus: de Apoſtolis.*

Digitized by Google

*Iſidori I.* Omiſſi hic ſunt *Hericus*, E
*Emiſſenus*, *Haymo*, de quibus mox: n
*Anſelmus*, cuius *Homilia ad Luc.* X
*tempore intrauit Ieſus in quoddam caſtel*
extat in noſtra editione, in qua *Seue*
*Iſidori* Homilias non reperio. Circa *B*
notandum, quod in Opp. Colon. 16
editis, nonnunquam occurrant Homil
verſae ab illis, quae in noſtro Homili
guntur. E. g. conferantur Homili
IV atque VI quatuor Temporum c
quae apud Bedam T. VII. p. 187. 18
ſqq extant, & diuerſitas apparebit. *H*
Monachi Antiſſiodorenſis, qui Paulo D
iunior eſt, & Caroli Calvi tempore de
ruit, Homilias a poſteriore manu eſſe i
CAVEVS (49) iam obſeruauit.
ratione *Haymonis* ac *Euſebii Em*
homiliis (50) noſtrum Homiliarium

(49) l. c. pag. 395. Conf. omnino, quae ex
LONIO repetiit OVDINVS l. c. col. 192
(50) NATAL. ALEXANDER Hiſt. Eccl. T. V
a. Varias *Homiliarum Haymonis* editiones a
D. PAVL. ANTONIVS in Exerc. Hiſtorico
de Vita & Doctrina Haymonis, Epiſcopi H
denſis, pag. 16; non vero commemorauit, q
quae Carolino Homiliario ſint illatae. P

1 Quaedam Homiliae ἀνωνύμως exhi-
ır: quaedam proprie non ſunt homiliae,
actatus & excerpta ex Patrum ſcriptis
ticis, quibus ornata praeſens Homiliarum-
litio, cuius commemorabilis concluſio
non eſt omittenda, ſequentibus verbis
luta: *Omeliarum opus egregium, plurimo-
ſanctorum aliorumue famoſiſſimorum docto-
ſuper euangeliis de tempore & ſanctis, qui-
m eorum annexis ſermonibus, factore Pe-
ach, iuniore, in inclita Spirenſium vrbe im-
n, Anno incarnationis dominice milleſimo
ingenteſimo octoageſimo ſecundo. In vigi-
ſuitatis glorioſiſſime Marie virginis, ad eius-
que cunctipotentis Dei feliciter eſt conſummatum.*
ero hoc opus, ob temporis, quo conge-
infelicitatem & ſpiſſam caliginem, non-
nam errores de Sanctis eorumque mi-
s &c. oſtendat, multa tamen minime
nda complectitur. Virorum ſancti-
luſtrium res geſtae interdum (admixtis
quibusdam idonea fide deſtitutis)
ntur. Sic Homilia in Natali Lucae,
ias inſerta, de ipſo habet ſequentia:
*iſſimus apoſtolus & euangeliſta ihesu criſti*

 *lucas*

ilium Haymonis elogia, & praecipua ex iis
ata dogmata, quae Haymoni inter verit. tis con-
res locum poſſunt conciliare, in eadem Differ-
ne legi queunt.

*lucas, natione ſyrus antiocenſis, arte m*
*apoſtolorum diſcipulus, almificos eorum*
*prout vidit, lucido diſertoque ſermone pro*
*in breui libello ad cariſſimum ſcripſit Theop*
*Deinde Paulum ſecutus, egregium doctorem*
*um, vſque ad triumphum paſſionis eius, que*
*apoſtolo Petro rome excepit, indiuiduus com*
*regrinationis eius exiſtens, vbique cum*
*manſit. Cuius precipue peregrinationis &*
*doctrine geſta eorundem annectens apoſt*
*libello ad laudem nominis & memoriam ipſo*
*vniuerſale eccleſie ſtabilimentum texuit.* &c.
monis in die omnium Sanctorum, i
ἀνωνύμως editi, initium eſt: *Legitur in*
*ſiaſticis hiſtoriis, quod ſanctus bonifaciu*
*quartus a beato gregorio romane vrbis e*
*tum tenebat, ſuis precibus a foca ceſare im*
*rit, donari eccleſie criſti templum rome, q*
*antiquis pantheon ante vocabatur, quod ho*
*ſacrum omnium videbatur eſſe deorum.*
*liminata omni ſpurcicia. fecit eccleſiam eſſe*
*nitricis, atque omnium ſanctorum criſti, vt*
*ria eorum haberetur a fidelibus, excluſa de*
*multitudine, & plebs vniuerſa in capite ka*
*rum nouembrium, ſicut in die natalis dom*
*eccleſiam in honore omnium ſanctorum con*
*tam conueniret.* &c. Sed non tam hiſt
incertis haud ſemper carentes rebus,

Digitized by Google

potius doctrinae eiusmodi opus com-
lant. Vetuſtiorum Patrum homilias
non credet multis ſanis dogmatibus
is. Ipſae vero etiam Homiliae, quae
eps de Sanctis ſunt conſcriptae, verita-
imonia interdum offerunt. Quare
diu hoc opus ſupererit, tamdiu erunt
e, qui CAROLVM laudent, eidem-
quoniam eſt ipſius auſpiciis concinna-
ideo etiam honorificentiſſimum *Ortho-
Imperatoris* (51) titulum, quem pluri-
de cauſis meretur, vindicent.

T 5 §. VII.

Tumulo Caroli inſcriptum eſt Aquisgrani: SVB
C CONDITORIO SITVM EST CORPVS
OLI MAGNI ATQVE ORTHODOXI IM-
ATORIS, QVI REGNVM FRANCORVM
ILITER AMPLIAVIT, ET PER ANNOS
I FELICITER REXIT. Vid. Albert. Stadenſ.
nic. p. m. 78. Nominatur quoque *Orthodoxus
rator* a Thegano l. c. pag. 295. Commemora-
eſt, quod in exequiis ipſius, praeter alia ſo-
ia, factum eſſe, aliqui hiſtorici narrant. Mo-
s Egolismenſis in Vit. Kar. ap. Pithoeum l. c.
282: *Corpus eius aromatizatum eſt, et in ſede
ua ſedens poſitum eſt, in curuatura ſepulchri, enſe
o accinctus, Euangelium aureum tenens in
ibus, et genibus reclinatis humeris in cathedra, et
capite*

Digitized by Google

## §. VII.

Vides, Lector, ſummum Princip[e]
ſacro ſtudio laudatiſſime contend[e]
Quantopere hoc in illo praedicandum
topere contrarium vituperandum in e[o]
non humanarum ſolum, ſed diuinaru[m]
iam litterarum doctoris munia obiuit.
eiusmodi homines, creditu foret diffici[l]
idonea rerum teſtimonia adeſſent.
omnium nominaſſe ſufficiat HENRI[C]
CORNELIVM AGRIPPAM, port[...]
ingenii hominem, qui licet Auguſtae
rinorum ſanctiora dogmata publice tr[a]
rit, in vaniſſimo tamen *de Vanitate Scie[n]*
libro ſacram diſciplinam acerrime imp[u]
re non eſt veritus. Quae Agrippina
tia, haud ita pridem noua memorat[a]
editione recocta, &, ne Latinae etiam li[n]
ignaris laterent, in Germanicum q[u]
idioma translata, anſam

*capite honeſte erecto ligato aurea catena add[...]*
Kornerus l. c. col. 444 *KAROLVM*, ſcrib[...]
*auream cathedram, quaſi iudicem vincentem* (
*tem* legit codex MS. Lubec.) *ſedere fecerunt*,
*per eius genua Textum quatuor Ewangel[...]*
*aureis literis ſcriptum, collocauerunt, ita quo[d]*
*dextra textum, ſiniſtra vero ſceptrum tenebat a[...]*

pro ſacro Studio

grippam ſolemni ritu dicendi ſuppedi-
nt ſpectatiſſimi exempli iuueni, qui ſa-
litteris ſe conſecrauit. Eſt is

RNHARDVS MÖLLMANN,
Flensburgenſis,

ſtrum noſtrarum Patronis ac Fautoribus
d ignotus, quippe iam bis pro roſtris
naſticis virtutem ſuam ac diligentiam
auit, quum anno ſuperiori d. 30. Dec.
udanda *Veterum Chriſtianorum Pietate, inſti-*
*Natiuitatis Chriſti Feſto oſtenſa*, verba face-
& hoc ipſo anno d. 1. Mai. *Symbolum*
*illuſtris, magnifici ac conſultiſſ. DN. DA-*
*LIS MÜLLERI, Reip. Lubec. Conſulis*
*rtaliter meriti :* IN DOMINI METV
nni Oratione explicaret. Quemadmo-
vero, ex Schola patria ad nos progreſſus,
nnos duos cum dimidio non ſolum in
bus meis, ſed etiam in Athenaeo noſtro
s optime geſſit, & magnam de ſe ſpem
itauit, adeo, vt nunquam non eum dili-
potuerim & amare, ita etiam inclytiſſi-
mam

mam Wittenbergenſem Academiam pe
rus, honeſto modo abitum meditatur.
iſtud publica Oratione, in qua, quod ſa
ſime affirmo, vix vnum alterúmve ve
eſt, quod a me profectum. Vt itaque
GNIFICI DNN. CONSVLES, Pa
Patres optimi, benigniſſimi, perilluſtris
PRAEPOSITVS, generoſiſſ. DN. DE
NVS, ſumme reuerend. atque excelle
DN. SVPERINTENDENS, nobiliſſ. co
tiſſ. & experientiſſ. DNN. SYNDICV
DOCTORES, admodum reuerend. & 
clariſſ. DNN. SENIOR, PASTORES a
SYMMYSTAE, nobiliſſ. generoſ. prude
& ampliſſ. DNN. SENATORES, PRO
NOTARIVS ac SECRETARII, nec
cuncti, qui Muſas, quosue Muſae aman
venem, quem ob probitatem, ingenuita
induſtriam coetus noſtri ornamentis m
